14-12-F-20

FRANCISCI
ANTONII VIVOLI
PHILOSOPHI, ET MEDICI
NEAPOLITANI
COMITIS PALATINI.
IN ALMO GYMNASIO NEAPOLITANO
Philoſophiam ordinarie profitentis,

EXPOSITIO IN QVINQVE PORPHIRII voces Logicis omnibus perneceſſaria.

TERTIA AEDITIO.

AD
NICOLAVM BERARDINVM
SANSEVERINVM
BISONIANI PRINCIPEM.

Cum Licentia Superiorum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



NEAPOLI,

Apud Io. Iacobum Carlinum. MDCII.

Digitized by Google

Digitized by Google

NICOLAO BERARDINO SANSEVERINO BISONIANI PRINCIPI.

FRANCISCVS ANTONIVS VIVOLVS Philoſophus Neapolitanus Comes Palatinus æternam fœlicitatem.

CONSVETVM eſt apud omnes (amplißime Princeps) quicunq; ad poſterorũ memoriam, et vtilitatem aliquod opus prodire, atq; immortalitati commendare ſtudio flagrat alicui dignißimo viro dedicare, vt ſcripta, & lucubrationes maiorem authoritatem ac gloriam aſſequi valeant; Ego autem Doctorum veſtigia perſequens, ne viderer ab eorum doctrina degenerare tibi labores quos in Porphyrij expoſitione ſuſcepi conſecrare conſtitui, mihi enim perſuadeo te horum accerrimo defenſore longè lateq; legi laudiſq; mea prohæmium diffundi, et obtrectator nullas tenebras obducere audebit, tu enim vnus es Sanſeuerinæ Domus et prolis ſplendor, ordiniſq; æqueſtris, qui omnibus præclaris factis Patrem tuum imitaris, qui Carolum inuictum Imperatorem ſecutus, & multa bella cum eo geßit, et confecit quibus, quantum laudis ſibi comparauerit non ſolum Europa teſtis, ſed Africa, & Aſia, quapropter hoc tibi dedico opus eximia tua virtute inflammatus, et amore quo ſapientißmos doctißmos quoſq; perſequeris cum nihil aliud mihi tribui poßit à Deo Optimo Maximo ni tibi ſupplicem hoc opus tibi dedicatum protegas, defendas, & aliquando legas, ſi quid otij tuis occupationibus nactus fueris. Vale omnium et me in tuorum numero non dico domeſticorum ſea familiarium adſcribas.

Digitized by Google

IOAN. FRANCISCI LOMBARDI
NEAPOLIT. AD LECTOREM
EXASTICHON.

VIVOLVS ut vitam verè ſe monſtret habere,
Mi Lector, curat viuere Porphyrium.
Ad vitam ecce quater reuocat nam VIVOLVS ingens
Porphyrium, & votes viuere quinq; ſtudet.
Ergo precare Deum; qui vita eſt, vita & origo:
VIVOLVS ut viuat ſecula longa meus.

Fiat

Dei Opt. Max. Clementia.

Digitized by Google

FRANCISCI ANTONII VIVOLI,

PHILOSOPHI NEAPOLITANI.

PRAEFATIO.

SOlent Græci, laborioſiſſimi Ariſtotelis interpretes, vt Alexāder, magnus magiſter Simplicius, Ammonius Simplicij Pręceptor, Ioan. Grāmaticus, atq; dilucidiſſimus Themiſtius, quibus omnibus Alulidus Roſadis quem vulgò Auerroem vocāt aſtipulari videt, priusq̃ ad ſingulas Ariſt. ſententias perſcrutandas deſcendāt, quædā prologomena ab eis dicta, à latinis verò præcognitiones facere, quod quidē non immerito actū eſſe arbitramur, qm̃ præceptum eſt Ariſt. in 1. poſt. tex. 1. necnon 2. poſt. tex. 101. verum etiā 6. topic. in primo loco definitionis, vbi inquit, ꝙ omnis doctrina, & oīs diſciplina, hoc eſt omnis ſcientia cōcluſionis naturaliter ignotæ, & oīs intelligētia, atq; introductio cuiuslibet libri fit, & ągenerat ex præſiſtente cognitione, quod etiā 6. ethic. c. 4. exarauit, ſine qua præſiſtente cognitione, impoſſibile eſt aliquid addiſcere, veluti idē Ariſt. 2. poſt. t. 101. affirmauit: & qm̃ intentio noſtra eſt exponere librum Porphyrij, in expoſitione cuius maiores noſtros imitabimur, antequam ad eius interpretationem deſcendamus, prædictas prȩcognitiones declarabimus, vt facilior libri interpretatio fiat, quæ quidem (vt inquit Ammonius) numero ſunt decē, Boëthus verò ſex, Auer. ad mentē Simplicij octo, veluti 1. phy. in prologo teſtatur, quæ vt ſigillatim dicātur, hȩ ſunt, videlicet, Intentio ſeu libri ſcopus, aut ſubiectū, Vtilitas, Ordo, Diuiſio, Via doctrinȩ, Proportio, Nomen libri, & nomen Auctoris: Primùm ergo, ꝙ aggredi intendimus, eſt huius libri ſubiectum, ſeu materia circa quā Porphyrius verſatur, & quoniam ſubiectum eſt nomen æquiuocum, multa continens ſignificata, ideo operepretium eſt eius ſignificata numerare, q̃bus numeratis tunc determinabimus, de quo ſubiecto ſumus verba facturi in hoc libro, iuxta illud Ariſt. 1. cœli 110. omne nomen æquiuocū peritus artifex debet prius diuidere in ſua ſignificata, deinde debet determinare: ne ergo à tāti principis inſtituto diſcedamus, dicimus

Quot modis dicitur ſubiectum.

Primo modo ſubiectum prioriſticum, Secundo modo ſubiectū poſterioriſticum, Tertio modo ſubiectū actuale, Quarto modo ſubiectum virtuale, Alio modo ſubiectum totale, Alio modo ſubiectū partiale tantùm, Alio modo ſubiectū partiale principale, Alio modo ſubiectū vniuocum, Alio modo ſubiectū analogum, Alio modo dr̃ ſubiectum cōtentiuum, Alio modo ſubiectum vt genus ſeu genericū, Alio modo ſubiectum inhȩſionis, Alio modo ſubiectū attributionis, Alio modo ſubiectū accidentis, Alio modo ſubiectum formȩ, alio modo ſubiectum pro cōceſſo, alio modo ſubiectum ſm̃ ſimilitudinē: plura quidem poſſent recenſeri ſubiecti ſignificata, quæ breuitatis cauſa omittimus, de q̃bus dicemus in quæſt. de ſubiecto naturalis philoſophiæ, quæ etiā videri poſſunt in noſtra expoſitione ſuper lib. poſt. his ergo numeratis ſubiecti ſignificatis quiſq; certus ſit qui aggredi intendit hunc librum, ꝙ intentio noſtra eſt examinare triplex ſubiectū in hoc libro, primum quod dr̃ totale, ſecundum quod partiale appellat, tertiū quod partiale principale nuncupat, Sed dicet aliquis, quare in principio libri quȩritur ſubiectum? *Petitio.* Huic petitioni reſpondet Alexander in 1. lib. prior. c. 1. & dicit, ꝙ ſi quis operis intentionē, ſeu ſubiectum ignorauerit, cœco ſimilis efficitur, qui quò vadat ignorat, & in multos incidit laberinthos. *Reſp.* Poteſt etiam alio modo reſponderi, ſi primò non quæreret ſubiectū tunc ipſum ignoraretur, quo ignorato ignorarentur principia, & paſſiones, quæ cōtinent in ſubiecto. *Alia reſponſio.* Sed iterum aliquis dicet, ſi præcognitiones ſunt octo (vt dictum eſt ſupra) quare prius de ſubiecto intendimus loqui, & non de vtilitate, ordine, diuiſione, vel de aliqua aliarū præcognitionum? Reſpondetur, qm̃ Ariſt. in principio omnium ſuorum operum tā logicalium, q̃ naturalium ſemper primo loco proponit, & nominat ſubiectū, deinde vtilitatē, veluti etiā Porph. ſumens ab Ariſt. in prologo huius libri primò præponit ſubiectum, deinde vtilitatē, in illis verbis qñ dicit, Cum ſit neceſſariū Chryſaori noſſe quid ſit genus, quid differētia, quid ſpecies, quid ꝓpriū, & quid accidens, quæ quidem genus, ſpecies, differētia, proprium, & accidēs (vt dicemus) ſunt ſubiecta partialia in hoc libro aſſignat, deinde vtilitatē, & dicit ad eā, quæ eſt apud Ariſt. prædicamentorum doctrinā, quaſi dicat Porph. ô Chryſaori neceſſa-

rium, hoc eſt vtile eſt tibi ſi vis ad altiora peruenire, noſſe, hoc eſt ſcire quid eſt genus, quid differentia, quid ſpecies, quid propriū, & quid accidēs. Dices, ad quid eſt vtile ſcire hęc? Reſp. Por. & dicit ad eam, quæ eſt apud Ariſt. prędicamentorū doctrinam. Sed dices, ꝙ videt̃ oppoſitū, qm̃ Porph. primò præponit vtilitatē, deinde ſubiectum, ergo non primò debemus quærere ſubiectū. Dicas, ꝙ attendēdus eſt ſenſus Porph. & non verba, nam oportet legere verba ſicuti nos ſupra diximus, & ſic conſtruere, & nō ſicut iacent: Alio modo rñderi poteſt, ꝙ ideo primū de ſubiecto, quā de alijs præcognitionibus, qm̃ ſubiectū aſſimilatur ſubſtantiæ, aliæ verò præcognitiones aſſimilantur accidentibus, & qm̃ ſubſtantia eſt prior accidente, vt dicit Ariſt. 7. met. tex. 2. & 4. ſic ſubiectum, quod aſſimilatur ſubſtātiæ eſt prius alijs præcognitionibus, quæ aſſimilant̃ accidentibus, nam ſicut ſe habet verum ad verum, ſic ſe habet ſimile ad ſimile, & ideo primùm de ſubiecto, & hac de cauſa Ariſt. in libro prædicamentorum prius pertractauit de ſubſtantia, & poſt de alijs prædicamentis, q oīa poſt ſubſtantiā ſunt accidētia. aliæ quidem poſſent aſſignari cauſę, & reſpōſiones, quas breuitatis cauſa, & ne illorum in quibus nunc incipiunt logicæ principia oriri, ingenia perturbemus, & in tot cōfundamus, omittimus, tñ laborioſi ſtudentes ſi ipſas videre cupiunt, videant quæſo noſtrā expoſitionem ſuper libro poſt. in pręcognitione de ſubiecto, vbi hæc, & alia pulcriora addiſcēt, cum ergo ſubiectū tot dicatur modis, primùm qđ nobis veſtigādum ſe offert, eſt ſubiectum totale in hoc libro, Secūdò quidnam eſt ſubiectum partiale tm̃, Tertiò, & vltimo; quod eſt ſubiectum partiale principale in hoc libro. Sed qs dicet, quare primùm de ſubiecto totali, deinde, & poſt ipſum de alijs ſubiectis ſit ſermo? Dicas cum Ariſt. 1. phy. tex. 4. qm̃ id quod eſt notum, præcedit id quod eſt ignotum, & qm̃ totum eſt notum, vt ibidem inquit Ariſt. & partes ſunt ignotæ, ideo primò eſt inquirēdum de ſubiecto totali quod eſt totū, poſt de ſubiecto partiali quod eſt pars: ſed antequā inquiratur de ſubiecto huius libri ſiue fuerit totale, ſiue partiale, eſt ſciendum, ꝙ omne ſubiectum habet duas partes eſſentiales, quarū vna ab Auer. vocat̃ res conſiderata, à Latinis verò ſubiectū materiale. Alia verò pars modus conſiderandi nuncupat̃, vt inquit Auer. 1. poſt. 179. Vnde nos debemus inquirere de vtraq; parte, hoc eſt de re cōſiderata, & de modo cōſiderandi in libro Porphyrij, ſolum veritatē determinātes, ne ingenia nouitiorū confundantur, primò de re cōſiderata, poſt de modo cōſiderandi.

Nonnulli quidem expoſitores tractantes de ſubiecto, nullā prorſus facientes diſtinctionem de ſubiecto, ſed interrogati de ſubiecto, ſtatim reſpondent imperitè, tñ inartificialiter, & ſine regula artis per ſubiecta partialia, inter quos Ammonius in prohemio expoſitionis Porphyrij aſſignans ſubiectum, & intentionem ait eſſe de quinque vocibus. ſ. genere, ſpetie, differētia, proprio, & accidēte, de quo quidē non poſſum non admirari, qūo ſic cōfusè, & indiſtinctè loquatur, nam 2. poſt. 33. ſubiectum eſt triplex, quodam totale, quodā principale, quodam verò partiale, ipſe aūt nō diſtinguit de quo ſubiecto loquit̃, eoq; magis, qm̃ quando quærimus, quid eſt ſubiectū in libro, non primò quæritur ſubiectum partiale, veluti rñdet Ammon. ſed quęritur ſubiectum totale, relinquatur ergo in hoc Ammon. & videamus alios: Doctor Subtilis Scotus aliud votum ſequēs, ait, ꝙ ſubiectū huius libri eſt vniuerſale, ſeu prædicabile in cōmuni, & in genere ſumptū prout ſub ſe continet tanq̃ genus quinque vniuerſalia, ſeu prædicabilia, vt ſpecies, hac ratione motus, qm̃ id eſt ſubiectū in ſcientia, quod prædicat̃ de omnibus in ſcientia conſideratis, ſed vniuerſale, vel prædicabile prædicat̃ de oībus in lib. Por. conſideratis, vt de genere, ſpetie, differentia, proprio, & accidente: ergo vniuerſale eſt ſubiectum totale, & adæquatum in libro Porph. ſed quamuis Scotus optimè dicat, & artificialiter loquatur, tñ habita tanti viri licentia, videtur deficere in vno, qm̃ omne ſubiectum, vt dictum ſupra, conſtat ex duplici re, videlicet ex re cōſiderata, & modo conſiderandi, modò & ſi iſte tantus vir benè ſe habeat circa rem cōſideratam, & in hoc maximè ſupplet, dicendo, ꝙ eſt ipſum vniuerſale, deficit in hoc, qm̃ non facit mentionem de modo conſiderandi, vnde ſupplet in vno, & deficit in alio, ſi me mea nō fallit ſententia. ſed dices vniuerſale, & prędicabile, quod eſt ſubiectum, ſeu res conſiderata in libro Porphyrij eſt vnum & idem, an vniuerſale differt à prædicabili? Dicas, ꝙ idem eſt vniuerſale, & prædicabile re, & ſubiecto, ſed ſi vnū differt ab alio non niſi ratione, & habitudine, qm̃ vnum & idē eſt vniuerſale, & prædicabile, ſed dr̃ vniuerſale inquantum eſt aptum natum eſſe in multis, dr̃ prędicabile inquantū eſt aptū natum prædicari de pluribus, & per hoc habentur definitiones ipſius vniuerſalis, & ipſius prędicabilis, dicēdo, ꝙ vniuerſale eſt aptū natum eſſe in pluribus, prædicabile eſt aptum natum prædicari de multis, qm̃ eſſe in multis naturaliter præcedit prædicari de multis, ideo ratio ipſius vniuerſalis præcedit rationē prędicabilis, quod quidē manifeſto exemplo ꝓ nouitijs poteſt illuſtrari, vt homo qui eſt ſpecies, dicit̃ vniuerſalis, qm̃ homo eſt in indiuiduis, & ſingularibus, & nō eſt actu exiſtens præter ſingularia, vt inquit Ariſt. 7. met. 57. in illis verbis cū dicit (quare patet, ꝙ nihil vniuerſalium ſeparatim præter ſingularia eſt) & ipſemet homo, qui eſt ſpecies, eſt prędicabilis de ſingularibus in quibus eſt, vt homo eſt in Petro, Franciſco, Antonio, & prædicatur de Petro, Franciſco,

Digitized by Google

Antonio, & cæteris indiuiduis, vnde habes, ꝙ prius oportet, ꝙ ſpecies ſit in pluribus, hoc eſt in ſingularibus, & prędicetur de ſingularibus, ex quo ſequitur, ꝙ eſſe in multis præcedit prædicari de multis, iuxta illud ab inhærere, & nõ inhęrere ſumitur prædicari, & non prædicari, nam tunc aliquod prædicatur de aliquo, qñ eſt in illo, & tunc aliquod nõ prædicatur de aliquo, qñ non eſt in illo: hinc nota, ꝙ ideo prima ſubſtãtia de nullo ꝑdicatur, quia in nullo eſt, & ideo in prędicamẽtis c. de ſubſtantia dixit Ariſt. ꝙ ſubſtãtia prima de nullo ſubiecto prędicatur. Sed dices contra, qm̃ Sol eſt quoddam prædicabile, ſimiliter Luna, Mundus, Fœnix, & multa alia, quorum non reperitur niſi vnum indiuiduum, & tñ non prædicantur de pluribus, ergo non fuit benè dictũ ſupra, ꝙ prædicabile eſt aptum natum prædicari de pluribus. Reſp. ꝙ licet Sol, Luna, & cętera quæ diximus actu non ꝑdicent de pluribus, tñ aptitudine pñt de pluribus prędicari, nam ſi plures eſſent Soles, vtique Sol de pluribus prędicaretur, & ſic remanet, ꝙ Sol eſt quoddã prædicabile dicens aptitudinẽ, & non actum, nã aliud eſt dicere aliquod eſſe ꝑdicabile, & aliud eſt dicere aliquod ꝑdicari. Amplius dubitatur, nam Deus eſt quoddã vniuerſale, vt 1. met. c. 2. inquit Ariſt. & tñ Deus nõ eſt aptus natus eſſe in pluribus, ergo nõ fuit bene dictũ, ꝙ vniuerſale eſt illud, quod eſt aptũ natũ eſſe in multis. Dicas, ꝙ vniuerſale eſt duplex, aliud in cauſando, aliud verò in prędicando, tunc dr̃ illud vniuerſale eſt aptum natũ eſſe in multis, quod dr̃ vniuerſale in prædicando, vt animal, quod eſt genus, non autẽ vniuerſale in cauſando, qđ eſt Deus, & ſic vniuerſale in prędicando eſt in multis, non autẽ vniuerſale in cauſando. Sed iterum ingenioſus diceret, ſi vniuerſale dr̃ pluribus modis ne dubius, atq; ambiguus remaneat intellectus, vellẽ ſcire quot modis ſumitur vniuerſale, & poſtq̃ dictum eſt quot modis dr̃ vniuerſale, iterũ vellem ſcire quod vniuerſale eſt ſubiectũ totale in hoc lib. Por. huic iuſtę petitioni ſatisfaciendũ eſt quidem, & dicimus primò, ꝙ vniuerſale vno modo dr̃ in cauſando, vt eſt Deus glorioſus, de quo meminit Ariſt. 1. met. c. 2. Alio modo ſumitur vniuerſale in prædicãdo, de quo meminit Ariſt. 1. periher. c. 5. Alio modo vniuerſale in cognoſcẽdo, ſicut eſt intellectus, de quo loquitur Ariſt. in 3. lib. de anima. Alio modo vniuerſale in diſtribuendo, ſicut eſt ſignum vniuerſaliter ſignificatiuum, vt omnis, & nullus, de quo verba facit Ariſt. 1. periher. c. 5. & 1. poſt. tex. 90. necnon 5. met. c. 9. Alio modo vniuerſale in repræſentando, vt eſt ſpecies intelligibilis, de quo etiã Ariſt. aſſerit in 3. de anima. Alio modo vniuerſale pro Idea Platonis, de quo conſiderat Ariſt. in 7. met. 57. Alio modo vniuerſale poſterioriſticũ, quod eſt de omni per ſe, & ſm̃ q, ipſum de quo loquitur Ariſt. 1. poſt. tex. 36. & 37. Alio modo ſumitur vniuerſale ꝓ toto, ſicut ſumpſit Ariſt. 1. phy. 4. Alio modo ſumitur vniuerſale pro illa forma, & ratione in vniuerſali ſumpta in qua conueniunt ſingularia, quod eſt applicabile in rebus his, ergo ſignificatis ipſius vniuerſalis ſic ſtantibus, dicimus, reſpondendo ad interrogationẽ, ꝙ vniuerſale vltimo modo ſumptũ eſt ſubiectum totale, & adæquatũ in hoc lib. Porphyrij, quod quidẽ eſſe verum probat hoc pacto, illud eſt ſubiectũ in libro, quod prędicatur de oĩbus vel in recto, vel in obliquo conſideratis in illo libro, ſed vniuerſale prędicatur de omnibus in lib. Porph. cõſideratis. ſ. de genere, ſpecie, differentia, proprio, & accidente, vt patet in Epit. log. cap. de prædicabilibus, & proprie in c. de differẽtia, vbi inquit Auer ꝙ genus eſt vniuerſale, ſimiliter ſpecies, differentia, proprium, & accidẽs, ergo vniuerſale eſt ſubiectũ in lib. Por. Amplius, illud eſt ſubiectũ, quod habet omnes conditiones pertinentes ad ſubiectũ, videlicet vt de ipſo præcognoſcatur quid nominis, & eſſe, 1. poſt. tex. 2. & 76. & vt de ipſo demonſtrentur paſſiones, vt patet 1. poſt. 57. & vt ipſum ſit tãquam genus oĩum conſideratorum in arte, ſed vniuerſale habet oẽs conditiones pertinentes ad ſubiectũ, nam de ipſo præcognoſcitur quid nominis, & eſſe, & de eo demonſtrantur paſſiones & eſt vt genus oĩum conſideratorũ in lib. Porph. ergo vniuerſale eſt ſubiectũ in lib. Por. minor huius rationis probatur, primò ſupponendo vnum, ꝙ anteq̃ aliquod diffinitum diffiniatur, oportet vt præcognoſcatur eſſe, & quid nominis, vt 1. poſt. 2. & 2. poſt. 32. patet vbi dr̃, quòd entis eſt definitio, & non entis nõ eſt definitio, & nõ ſolum id quod definitur præcognoſcitur eſſe, & quid nominis ipſius, ſed etiã partes, quæ ponuntur in definitione illius ꝑcognoſcuntur eſſe, & quid nominis, ſed vniuerſale ponitur in definitione vniuſcuiuſq; prędicabiliũ, vt patet in Epit. log. c. de prædicabilibus, ergo vniuerſale præcognoſcitur eſſe, & quid nominis de vniuerſali etiã demonſtrãtur paſſiones, qm̃ in c. de genere demonſtrat Porph. quòd genus differt ab indiuiduo per hoc medium, qm̃ prædicatur de pluribus, & ſimiliter de ſpecie, & de alijs prædicabilibus, & demõſtrando paſſiones de ipſis prædicabilibus, quæ ſunt ſubiecta partialia, demonſtrauit de ſubiecto vniuerſali, qđ ſubiectum vniuerſale eſt ipſum vniuerſale, ſimiliter quoq; vniuerſale eſt vt genus, quoniam in cap. de genere dicit Porphyrius, quòd quædam ſunt, quæ prædicãtur de vno, quædam verò ſunt quæ prædicãtur de pluribus, ſicuti ſunt illa quinque prædicabilia, & quod prædicatur de pluribus, intelligit ipſum vniuerſale, vnde ſequitur clariſſimè, quòd vniuerſale prout eſt quoddã cõe ad quinque ꝑdicabilia, ſub ſe ipſa cõprehendens eſt ſubiectum totale, & adæquatum in libro Porph. Sed dices contra, nam ſi id eſt ſubiectum, de quo demõſtrantur paſſiones,

Digitized by Google

vt dicit Ariſt.1.poſt.tex.57.ſed de vniuerſali in lib.Porph.non demõſtrantur paſſiones,ſed potius de quinque p̄dicabilibus, ergo vniuerſale nõ erit ſubiectum: Dicitur,ꝙ qñ paſſiones demõſtrãtur de quinque prædicabilibus,demõſtrantur de vniuerſali. Dices cõtra,nam id eſt ſubiectum de quo per ſe debẽt demõſtrari paſſiones,modò ſi demõſtrãdo de prædicabilibus, demonſtrant̃ de vniuerſali, non per ſe demonſtrantur de vniuerſali,qm̃ prædicata,& paſſiones, quæ competunt ſpetiebus, & inferioribus per ſe, cõpetunt generibus,& ſuperioribus per accidens,& è cõtra,vt 1.poſt.tex.38.inquit Ar. & 4.phy.45.Auer.modò ſi de quinque prædicabilibus, quæ ſunt ſpecies ipſius vniuerſalis per ſe demonſtrant̃ paſſiones, ergo per accidẽs de vniuerſali quod eſt genus ad quinque p̄dicabilia,ergo vniuerſale non erit ſubiectũ.Reſpondetur,ſed pro intelligentia eſt ſciendũ,ꝙ ſubiectum ſeu genus eſt duplex,aliud vniuocũ,aliud verò analogũ,teſte Ariſt.1.poſt.tex.56.tunc dicimus,ꝙ verũ eſt,qñ paſſiones per ſe cõpetunt ſpetiebus per accidẽs demonſtrant̃ de genere, ſeu ſubiecto vniuoco, modò vniuerſale eſt genus, ſeu ſubiectum analogum, de quo ſubiecto analogo per ſe demonſtrant̃ paſſiones,q̃ per ſe etiã demonſtrãtur de ſpetiebus ſuis: Vnde regula intelligitur ſic, id quod per ſe cõpetit generi vniuoco,per accidẽs cõpetit ſpetiebus, & qđ per ſe cõpetit ſpetiebus,per accidens competit generi vniuoco, ſed quod per ſe competit ſubiecto,ſeu generi analogo,per ſe etiã cõpetit ſuis ſpetiebus,& quod per ſe cõpetit ſpeciebus ſubiecti analogi,per ſe etiã & eſſentialiter cõpetit generi ſeu ſubiecto analogo,verbi gratia de ente quod eſt genus analogũ non demõſtrãtur paſſiones,ſed de ſpetiebus entis,q̃ ſunt ſubſtantia,& accidẽs:ſimiliter in lib.poſt.Ariſt.nõ tractauit de demõſtratione cõi,ſed de demonſtratione ſimpliciter ꝓpter quid,& quia,q̃ ſunt ſpecies ad demonſtrationem,vt inquit Auer.in 3.quæſito Poſt.qm̃ tractando de ſpetiebus,tractauit de genere illarũ, ſimiliter ẽt in lib.poſt. Ariſt.nõ tractauit de inſtrumẽto ſciendi,quod eſt genus ad demonſtrationẽ,& ad definitionẽ tamq̃ ad ſpecies, qm̃ tractando de demonſtratione, & definitione tamq̃ de ſpetiebus,tractauit etiã de inſtrumẽto ſciendi, quod eſt genus. Amplius, nullũ infinitum poteſt eſſe ſubiectũ, qm̃ de infinito nõ habetur ſcientia,vt ait Ariſt. 1.phy.in tex.35.& 50.necnon 3.phyſ.c.de infinito,& 1.de gen.anim.c.1.ſed vniuerſale eſt infinitum,vt ait Auer.in Epit.log.c.de rebus agẽtibus formationem, vbi inquit, ꝙ iuditium ſupra vniuerſale, eſt iuditiũ ſupra infinitum: ſoluitur dicendo,ꝙ vniuerſale inquãtum vniuerſale eſt finitum,& de eo habet̃ ſciẽtia,vt 1.poſt. tex.62.eſt manifeſtũ,ſed ſi eſt infinitum,nõ per ſe,ſed per accidens,inquãtum habet eſſe in ſingularibus, quæ ſunt infinita, vt dicit Por.c.de ſpetie. Sed dices contra, quot modis dr̃ vnum oppoſitum per ſe, tot modis dr̃ per ſe reliquũ, ſed ſingularia,& vniuerſalia 1.poſt.tex.12.ſunt oppoſita,& ſingularia per ſe ſunt infinita, ergo vniuerſalia etiã per ſe ſunt infinita, ſoluit hæc ratio hoc modo, exponendo maiorẽ,quot ſunt ſignificata vnius oppoſiti, tot ſunt ſunt ſignificata alterius oppoſiti, ſi ſecundum omnem ſignificationẽ opponantur adinuicem,hoc eſt,ſi vnum oppoſitorũ eſt æquiuocum, & ſignificat duo,vel tria,vel quatuor ſignificata, tot ſignificata dr̃ habere alterum oppoſitum:ſed non eſt intelligenda propoſitio,ꝙ quot ſunt ſuppoſita, ſiue indiuidua vnius oppoſiti,tot dicũtur alterius oppoſiti,nam certũ eſt,ꝙ rationale,& irrationale ſunt oppoſita, tñ nõ ſunt tot ſuppoſita naturæ humanę rationalis,quot ſunt ſuppoſita naturæ irrationalis, cũ illius ferè infinita ſint ſuppoſita.Præterea nullũ corruptibile pôt eſſe ſubiectũ in libro,qm̃ de corruptibilibus non hr̃ ſcientia,1.poſt.62.& 1.met.in prologo c.1.ſed de æternis,vt ait Ariſt.7.met.35.& 6.ethic.c.4. ſed vniuerſale eſt corruptibile, vt ait Auer. 1. met.27.ergo vniuerſale nõ eſt ſubiectum:huic rationi rñdet Auer. ibidẽ,& dicit,ꝙ vniuerſale non eſt corruptibile per ſe , ſed per accidens. Sed dices contra, illud quod eſt corruptibile ꝑ ſe,non poteſt eſſe ſubiectum, ſed vniuerſale eſt corruptibile ꝑ ſe,ergo non poteſt eſſe ſubiectũ in lib.Porph. minor ꝓbatur ſic, qñ eſt aliquod prædicatum,quod cõpetit duobus indiuiduis, & illud prædicatũ non competit vni indiuiduo ratione alterius , tunc illud prædicatũ cõpetit illis indiuiduis ratione tertij, vt ſi hoc prædicatum.ſ.corruptibile cõpetit Petro, & Antonio, dicendo ſic , Petrus eſt corruptibilis, & Antonius eſt corruptibilis,& Petrus non ꝓpter Antonium,nec Antonius propter Petrũ, ergo ratione tertij,ſed hoc tertiũ nil aliud eſt niſi vniuerſale , ergo eſſe corruptibile primò & per ſe competit vniuerſali,ergo vniuerſale primò & per ſe eſt corruptibile. Ad hoc Reſp.ꝙ & ſi verum ſit,ꝙ eſſe corruptibile, competit Petro,& Antonio,& non vni ratione alterius,ſed ratione tertij,tñ illud tertium non eſt ipſum vniuerſale,ſed eſt materia prima propter q̃ Petrus,& Antonius,& cętera indiuidua corrũpunt, quæ materia prima eſt cauſa corruptionis , 1.phyſ. 63.69.79.inquit Au.& 7.met.t.53.Ar.ſed aliquis alia ratione poſſet replicare, dicens, ſingulare eſt ꝑ ſe corruptibile,1.met.in prol.c.1.ſed vniuerſale eſt ſingulare, ergo vniuerſale eſt per ſe corruptibile: minor probatur,qm̃ totũ eſt ſingulare,vt Callias,ſed vniuerſale eſt totũ 1.phy. tex.4. Ariſt. ergo vniuerſale eſt ſingulare,& eſt per ſe corruptibile. Reſp.ꝙ totum eſt duplex, aliud dicit̃ verè, & ſimpliciter totũ, vt Petrus: aliud eſt totum ſecundum quid metaphoricè, & ſecundum ſimilitudinẽ, quod innuit Porph. in c.de ſpetie qñ dixit,ꝙ genus eſt totum quodam.

Digitized by Google

dam,ſimiliter Ar.1.phy.tex.4.qñ ait,vniuerſale eſt totum quodã, quo ſtante dr̃,ꝙ vniuerſale non eſt totũ ſimpliciter,& verè,qm̃ tunc eſſet corruptibile per ſe, ſed eſt quodã totũ non verè ſimpliciter, ſed ſm̃ quid metaphoricè, & ſm̃ ſimilitudinem dr̃ totum.Amplius,libri titulus,atq; inſcriptio ſumitur à re conſiderata,& ſubiecto libri,vt Græci aſſerunt oẽs,& Auer.in prologo 1.lib.poſt.ſed liber Porph.non intitulatur de vniuerſali, ſed de prædicabilibus, vt patet,ergo nec vniuerſale,nec prędicabile erit ſubiectum in hoc lib.Porph. Ad quod r̃ndetur hoc modo,primò tñ ſupponendo vnũ,ꝙ ſubiectum,ſeu genus eſt duplex 1.poſt.59.aliud vniuocum, aliud analogũ ſuppono, & aliud quod id quod cõpetit ſubiecto, ſeu generi analogo, cõpetit etiã ſpeciebus illius ſubiecti,& generis analogi, quibus ſtantibus dr̃, ꝙ ſi titulus libri Por.eſt de prædicabilibus tamq̃ de ſpeciebus, idẽ eſt dicere, ꝙ de prædicabili,vel de vniuerſali, qm̃ idẽ eſt vniuerſalia in ſpecie,ꝙ vniuerſale in genere,vel prędicabilia in ſpecie, ꝙ ꝑdicabile in genere, & ſic qñ dr̃ liber de prædicabilibus,vel liber de vniuerſalibus,idẽ eſt dicere liber de prædicabili, vel liber de vniuerſali: & ſic remanet, ꝙ vniuerſale, vel prædicabile eſt ſubiectum totale,& adæquatũ in lib.Porph. Amplius, de nihilo,& nõ ente non habeť ſcientia, & nihil,& nõ ens nõ poteſt eſſe ſubiectũ in ſciẽtia,vt aſſerit Ar.1.poſt.10.& 2.poſt.32.ſed vniuerſale,vel prædicabile eſt nihil, & nõ ens, vt inquit Ar.1.de aĩa 8.quod confirmat Auer. 1.poſt.167. cùm dicit,vniuerſale nihil eſt,ergo vniuerſale ſeu ꝑdicabile non põt eſſe ſubiectũ. Reſp.ꝙ vniuerſale eſſe nihil,& nõ ens põt intelligi duobus modis, vno modo ante ſingularia, alio modo poſt ſingularia,quo ſtante dr̃,ꝙ vniuerſale eſt nihil,& non ens ante ſingularia, ſed eſt ens,& aliqd poſt ſingularia, veluti Ar.ſeipſum exponit 1.de aĩa tex.8.qñ inqt,vniuerſale aut nihil eſt,aut poſterius eſt. Sed dices,ſi vniuerſale eſt aliquid poſt ſingularia vbi eſt, nam quidquid eſt,alicubi eſt 4.phy.1.ait Ar.ſi dicis, ꝙ eſt extra mẽtẽ,ergo vniuerſale eſt ſingulare, qđ eſt falſum:ſi dicis,ꝙ eſt in mẽte,& nõ extra mentẽ,ergo ſequiť,ꝙ nõ poteſt eſſe ſubiectum, qm̃ de ſubiecto oportet ꝙ præcognoſcatur eſſe exiſtentiæ actuale,& extra mentẽ, vt ait Ar. 1. poſt.t.2. Ad hoc dicimus,ꝙ vniuerſale inquantũ vniuerſale nõ eſt extra mentẽ,ſed eſt in mente,ſed eſt extra mentẽ inquantum verificať rebus ſingularibus, q̃ ſunt extra mentẽ, vt rectè inquit Auer.1.poſt.134.& ſic dicimus,ꝙ vniuerſale præcognoſcit eſſe extra mentẽ inquantum verificať in rebus exiſtẽtibus extra mentẽ, qđ quidẽ doctiſſimè aſſerit Ar.in 7.met.57.in illis verbis,qñ dixit(quare patet,ꝙ nihil vniuerſaliũ ſeparatim prçter ſingularia eſt)Præterea arguiť, primò ſupponendo vnum,ꝙ prędicabilia ſeu vniuerſalia ad mentẽ Porph.nõ ſunt plura, nec pauciora, q̃ quinque, genus nẽpè, ſpecies, dr̃ia, ꝓprium, & accidens,quo ſuppoſito ſtãte, ego quæro illud vniuerſale, ſeu ꝑdicabile quod eſt ſubiectũ totale in lib.Por.quod nã iſtorũ eſt aut genus,aut ſpecies,aut dr̃ia, aut ꝓpriũ, aut accidens,non potes dicere, ꝙ eſt vnum iſtorũ: qm̃ hæc ſingula ſunt ſubiecta partialia, ergo oportet te dicere, ꝙ nullũ iſtorũ eſt ſubiectum totale in hoc libro, ſed vniuerſale, qđ neq; eſt genus, neq; ſpecies, neq; dr̃ia, neq; proprium, neq; accidẽs, ſed erit vniuerſale,qđ eſt præter iſta,& ſic dareť aliud vniuerſale pter hæc quinque vniuerſalia, & ſic nõ ſolum eſſent quinque vniuerſalia,ſed eſſet aliud,& ſic eſſent ſex vniuerſalia,& dareť ſextũ vniuerſale ſeu prædicabile, ꝙ quantũ eſt falſum, & contra Por.nemo dubitat. Huic pulcherrimæ dubitationi Reſp. hoc modo,ꝙ vniuerſalia ſeu prædicabilia ſunt quinque,& nõ plura,nec pauciora in ſpetie, ſed ſi dať ſextũ vniuerſale, nõ eſt ſextum in ſpetie, ſed eſt ſextum in genere,qđ eſt prædicabile de oĩbus his veluti genus, qđ prædicať de ſpeciebus dicendo,genus eſt vniuerſale,ſpẽs eſt vniuerſale, ſimiliter dr̃ia, proprium,& accidens. Sed ingenioſus dubitabit,dicens, ꝙ potius ꝑdicabile,q̃ vniuerſale eſt ſubiectum totale in lib. Por.dicens hoc modo ſubiectum in arte,vel in ſcientia debet eſſe commune,& debet prædicari de oĩbus in arte cõſideratis, ſed prædicabile,& nõ vniuerſale prædicať de omnibus in lib.Por. cõſideratis,vt patet,qm̃ genus eſt id qđ prædicatur,ſpecies eſt id quod prędicatur, ſimiliter oĩa alia,& etiã indiuidua prędicãtur,vt manifeſtũ eſt per ea q̃ dicit Por.in c.de genere,ergo potius prædicabile, q̃ vniuerſale erit ſubiectũ in libro Por.Reſp.& ꝓ ſolutionis intelligentia eſt Notãdum, ꝙ prædicabile,& vniuerſale idẽ eſt,non.n.poſſet eſſe prędicabile ſi nõ eſſet vniuerſale, qm̃ intantum dr̃ vniuerſale quantũ eſt dicere vnũ verſum in multis, quod vnum verſum in multis,eſt aptũ natũ prædicari de multis,quod vniuerſale, ſeu prædicabile ꝑdicatur de genere, ſpetie,differentia, proprio,& accidente, & ſi nõ ſunt idẽ ſimpliciter,& omni modo,ſaltem ſunt idẽ ſubiecto. Amplius, nullum corruptibile poteſt eſſe ſubiectum in aliquo libro, qm̃ de corruptibilibus nõ habeť ſcientia, 1.poſt.t.61.& 62.ſed vniuerſale eſt corruptibile,ergo vniuerſale non poteſt eſſe ſubiectum in lib.Por.minor probať,nam id eſt corruptibile, quod habet cõtrarium,teſte Ar.1.phy.44.& 1. cœli 20.ſed vniuerſale habet contrariũ,vt aſſerit Ar.1.poſt.t.12.qñ ait in fine tex.(hçc opponunť ad inuicem) quaſi dicat,ꝙ(hæc),i.ſingularia,& vniuerſalia opponuntur, ſi opponunť, ergo adinuicẽ contrariantur,ſi adinuicem contrariantur, ergo adinuicem corrumpuntur, & deſtruuntur, hæc enim eſt natura contrariorũ, vt vnum deſtruat,& corrũpat reliquum,veluti nigrum deſtruit album, & calidum frigidum.

Digitized by Google

Reſpondetur dicēdo,ꝙ tota vis huius rationis cōſiſtit in illo verbo(opponuntur) quod quidē ſi benè exponitur ratio annihilaī, & dicimus, ꝙ non exponitur illud verbum (opponuntur) .i.contrariantur,qm̄ ſic argumentū concluderet,ſed exponit ſic(opponuntur).i.diuerſificantur,quaſi dicat Ariſt.(hæc).i.vniuerſalia,& ſingularia(opponuntur).i.ſunt adinuicē diuerſa, veluti homo opponit lapidi .i.homo eſt diuerſus à lapide, ſed homo nō contrariatur lapidi, & ſic argm̄ ſoluitur. Amplius,ſi vniuerſale eſſet ſubiectum in libro Porphyrij,tunc ſequeretur, ꝙ Deus glorioſus eſſet ſubiectum in libro Porphyrij,quod eſt falſum,qm̄ in dictis Porphyrij, vt patet,non tractatur de Deo glorioſo,conſequētia probatur,qm̄ Deus glorioſus eſt quodā vniuerſale,vt aſſerit Ar.1.met.in ꝓlogo c.2. Reſp.ꝙ vniuerſale eſt duplex,aliud in cauſando, aliud in prædicando, tunc dr̄,ꝙ vniuerſale quod eſt ſubiectum in hoc libro,non eſt vniuerſale in cauſando,ſed eſt vniuerſale in ꝑdicādo. Sed dices cōtra, nam illud eſt ſubiectū in libro quod proponitur in prologo,tractaī in tractatu, & epilogatur in epilogo illius libri , veluti patet in omnibus libris Ariſt.in quibus ſemper proponit ſubiectum,tractat,ipſumq; epilogat, ſed vniuerſale in prędicādo non proponiī,non tractaī,nec epilogatur in libro Porph.vt legēti patet per totū Porphyrij opus,ergo vniuerſale in prædicādo non erit ſubiectū in lib.Porph. & non ſolum vniuerſale , ſed nec prædicabile. Reſp.ꝙ ſubiectum eſt duplex,aliud vniuocum, aliud analogum, tunc dicitur,ꝙ tunc ſubiectū proponitur,tractaī,& epilogatur qn̄ eſt vniuocum, ſed quando eſt ſubiectum analogum non proponiī,non tractatur,nec epilogatur,modò ipſum vniuerſale,ſeu prędicabile eſt ſubiectum analogū, ſed proponendo, tractando,& epilogando ſpecies ſubiecti analogi tunc proponiī, tractatur, & epilogatur ipſum ſubiectū analogum, Porph.non propoſuit, non tractauit,nec epilogauit vniuerſale,vel prędicabile,qm̄ proponendo,tractādo, & epilogādo quinque vniuerſalia , quæ ſunt ſpecies ſubiecti , veluti ſunt genus,ſpecies,differentia,propriū,& accidens, propoſuit, tractauit, & epilogauit ipſum vniuerſale,ſeu prędicabile,& ſic Replica ſoluitur. Aliter dici poteſt , ꝙ ſubiectū poteſt proponi , tractari,& epilogari duobus modis,vno modo in genere, alio modo in ſpetie, tunc dr̄, ꝙ & ſi ipſum vniuerſale nō fuit propoſitū,tractatum, & epilogatū in genere,& inquantū vniuerſale, tn̄ fuit propoſitum, tractatū,& epilogatum in ſpetie,qm̄ ſi non fuit nominatum à Porph.vniuerſale,vel prædicabile, ſaltem fuerunt nominatæ ſpecies, vt ſunt genus,ſpecies,differentia, propriumq;,& accidens. Aliter dici poteſt,quòd ſubiectū ſolet proponi ab auctore, tractari , & epilogari duobus modis, vno modo explicitè, alio modo implici[tè], quo ſtāte dicimus,ꝙ vniuerſale, vel prędicabile ſi nō fuit ꝓpoſitū, tractatū,& epilogatū explicitè, ſaltem implicitè. Aliter dici poteſt,ꝙ non fuit propoſitū in vniuerſali,& in cōi ſaltē fuit propoſitum in particulari. Amplius id eſt ſubiectum in libro,quod prædicatur de oībus in illo libro conſideratis, qm̄ ſubiectum eſt genus 1. poſt. 56. 57. & 76. natura cuius eſt de pluribus prædicari ; teſte Porph.c.de genere,ſed vniuerſale nō prædicaī de oībus conſideratis in lib.Porph.qm̄ ibi conſideratur de indiuiduo,quod nō eſt vniuerſale, ſed eſt ſingulare, quòd ſingulare; & vniuerſale ſunt duo,quæ ad inuicē opponunī,hoc eſt ſunt maximè diuerſa , vt inquit Ar, 1.poſt. tex.12. ergo ſequiī, ꝙ vniuerſale non eſt ſubiectum in libro Porph. Reſp.ꝙ ſubiectum prædicatur de omnibus in libro conſideratis,tamquā de ſuis ſpeciebus per ſe cōſideratis,modò indiuiduum nō eſt ſpecies ipſius vniuerſalis, nec per ſe, ſed de bonitate, & præter intentū conſideratur in lib.Porph.& ſic remaneī,ꝙ vniuerſale eſt ſubiectum. Amplius dices, ꝙ potius prædicabile, ꝙ vniuerſale eſt ſubiectum in lib. Por. quod ꝓbaī ſic, prędicabile eſt ſubiectum in libro Por.ergo non vniuerſale antecedens probatur,qm̄ id eſt ſubiectum, quod eſt genus 1.poſt.56.& 57. ſed prædicabile, & non vniuerſale eſt genus, ergo prædicabile , & non vniuerſale eſt ſubiectum; minor probaī,ſupponendo vnum,ꝙ omnis definitio conſtat ex genere, & dr̄ia , vt patet per Por.c.de differentia,& per Ariſt.7.met.42. ſed in definitione generis,ſpeciei,& cæterorū prędicabilium poniī prędicabile,& nō vniuerſale, vt patet diſcurrenti per oīa quinque prędicabilia,qn̄ dicit Por.genus eſt id quod prædicatur, ſpecies eſt id quod prædicatur de pluribus , & ſic de cęteris,ergo prædicabile,& nō vniuerſale eſt ſubiectum.Reſp.ꝙ idē eſt dicere,id quod prędicatur de pluribus,quod eſt dicere,vniuerſale,vnde qn̄ dicit Porph,genus eſt id qđ prędicaī de pluribus, idē eſt ac ſi diceret , genus eſt vniuerſale,& ſic idem eſt dicere prædicabile,& vniuerſale, & ſic ſequiī , quòd ſi vniuerſale eſt ſubiectū,ēt prędicabile eſt ſubiectū,& è cōtra. Sed dices contra,qm̄ prædicabile non eſt idem quod vniuerſale,qm̄ indiuiduum,vt ait Porph. prędicatur, & tn̄ indiuiduum nō eſt vniuerſale cum ſit vnū ſingulare.Reſp ꝙ falſum eſt dicere ꝙ indiuiduum prædicatur, qm̄ indiuiduum de nullo ſubiecto prædicaī,vt inquit Ariſt,in c.de ſubſtantia, qn̄ dicit,à prima namq; ſubſtantia nulla eſt prædicatio. Sed dices contra,qm̄ Ar, 1.priorū c.23. dicit,ꝙ ſingulare,ſeu indiuiduū prædicatur,dicendo ſic,hic veniens eſt callias, Rn̄det idem Ariſt.ibidē,& dicit,ꝙ indiuiduum ſi prædicaī,non prædicatur per ſe,ſed prędicaī per accidens. Sed iterum dices,id eſt ſubiectū in libro,ꝙ neceſſario pręcognoſcit eſſe,& quid nominis 1.poſt.2.ſed vniuerſale,ſeu prædicabile non præcognoſcitur eſſe, nec quid nominis,

vt

Digitized by Google

vt patet in toto ꝓceſſu libri Porphyrij, in quo nunquã nominauit vniuerſale, ergo vniuerſale non eſt ſubiectum. Reſp. ꝙ tunc ſubiectũ præcognoſcit̃ eſſe, & quid nominis, qñ fuerit ignotũ eſſe, & quid nominis, vt inquit Ar. 1. poſt. 2. modo vniuerſale, ſeu prædicabile eſſe, & quid nominis eſt notum, & præſupponitur à Porph. tanq̃ notum, ideò non præcognoſcit ipſum eſſe, nec quid nominis, qm̃ ars verſat̃ circa ignota, & difficilia, non aũt circa nota, & facilia, vt rectè inquit Ariſt. 2. ethic. c. 3. concluditur ergo, ꝙ vniuerſale, ſeu prædicabile eſt ſubiectum in lib. Porph. Sed dices, ſi determinatũ eſt, ꝙ vniuerſale eſt ſubiectũ in hoc libro, & res conſiderata cũ omne ſubiectum debeat fieri ex duplici parte, videlicet ex re conſiderata, & modo conſiderandi, quis nam eſt modus cõſiderandi, ſub quo Porphyrius cõſiderat de vniuerſali ſeu de prædicabili? Dicas reſolutè, ꝙ modus conſiderãdi in lib. Porph. eſt iſte, videlicet in quid, vel in quale, vnde dicendum, ꝙ res cõſiderata eſt vniuerſale ipſum & in quid, vel in quale eſt modus conſiderandi ex quibus ſcilicet re cõſirata, & modo conſiderandi fiat, & cõſtituatur ſubiectum totale, hoc modo dicẽdo vniuerſale ſeu prædicabile inquantũ prædicabile in quid, vel in quale eſt ſubiectũ totale, & adæquatum in lib. Porph. & probat̃ hoc modo, nam modus conſiderãdi ſumit̃ à modo definiendi 6. met. 2. inquit Auer. ſed quinque vniuerſalia, ſeu prædicabilia definiunt̃ à Porph. per quid, & quale, vt genus, & ſpecies per quid, differentia verò per quid, & quale, accidẽs per quale ſolũ, ergo nulli dubiũ eſt, ꝙ quid, & quale eſt modus conſiderãdi, & qm̃ quinque prędicabilia definiunt̃ per quid, & quale, ergo modus conſiderandi quinque prædicabilia eſt quid, & quale, & cum modus cõſiderandi ſubiecti partialis cõueniat etiã ſubiecto totali merito modus conſiderandi ſub quo conſiderãtur quinque prædicabilia, quæ ſunt ſubiecta partialia, conuenit etiã vniuerſali quod eſt ſubiectũ totale. Vel aliter dicendum, ꝙ vniuerſale eſt ſubiectũ in hoc libro, inquãtum eſt inſtrumentũ introducens nos ad totam logicam, qm̃ dicit Por. in prologo huius libri, quòd intentio ſua eſt cõſiderare quinque prædicabilia velut introductionis modo, hoc eſt, vt introducãt nos ad logicam, & vt ſunt inſtrumenta introducentia nos ad cognoſcendũ naturas rerum. Sed dices, ſi Ariſt. tractauit de his prædicabilibus in 1. top. quare Porphyrius preſumpſit ponere os in dictis Ariſtotelis? Dicas, ꝙ Porph. differenti modo conſiderauit de his prædicabilibus, ab illo quo cõſiderauit Ar. qm̃ Porph. conſiderauit de his inquantũ ſunt inſtrumenta introducentia nos ad logicã, ſeu modo introductionis, ſed Ariſt. cõſiderauit de his inquãtũ ſunt prædicata propoſitionis topicæ, & ſic differenti modo Porph. & Ariſt. tractauerunt de his prædicabilibus, differt etiam Porph. ab Ariſt. in alio, qm̃ Porphyr. conſiderat oĩa prædicabilia tam naturalia, q̃ artificialia, vt genus, ſpetiem, differentiã, proprium, & accidens: Ariſt. verò conſiderat ſolum quatuor, vt genus, differentiam, proprium, & accidens, reliquit ſpetiẽ, qm̃ ſpecies non eſt prædicatum artificiale. Dices, quare ſpecies nõ eſt prędicatũ artificiale. Dicas, qm̃ prædicatũ artificiale eſt illud quod poteſt quæri ab arte, quod prędicatũ nõ poteſt eſſe generabile, & corruptibile, nec poteſt quæri de ſubiecto generabili, & corruptibili ſicut eſt ipſum ſingulare, vt Fraciſcus, ſed debet eſſe prædicatũ de re, & ſubiecto vniuerſali non generabili, nec corruptibili, quod ſubiectũ vniuerſale eſt homo, vt inquit Ariſt. 1. periher. c. 5. ſed ſi de ſubiecto ſingulari, vt de ſorte quærat̃ prędicatũ artificiale, non inquantũ eſt ſingulare, & ſub ratione ſingulari, ſed ſub ratione vniuerſali, modò ſpecies ipſa vt homo, vel capra, eſt prædicatũ de ſubiecto ſingulari, vt de Petro, vel Antonio, quod ſubiectũ ſingulare eſt generabile, & corruptibile, & ideo ſpecies non eſt prædicatũ artificiale, ſed naturale ſolum. Alia verò ſunt prædicata naturalia, & artificialia, vt genus, differẽtia, propriũ, & accidẽs, quia poſſunt quæri ab arte, & pñt quęri de ſubiecto, & ſic ſoluit̃ illa petitio quare Ar. ſolũ tractat de quatuor prędicabilibus in 1. lib. top. & Porph. tractat de quinque, qm̃ Por. cõſiderat tam de his, quę naturaliter, q̃ de his, quæ artificialiter prædicant̃, ſed Ariſt. ſolum de his, quæ artificialiter prædicant̃. Sed dices, quare Ariſt. ſolũ conſiderat artificialia prædicata, & nõ naturalia? Dicas, qm̃ Porph. conſiderat iſta prædicata inquãtum ſunt inſtrumenta ad cognoſcẽdum rerũ naturas, quæ rerũ naturæ ſunt in ſpeciebus, & in indiuiduis, Ariſt. ſolũ artificialia, qm̃ quærit illa prædicata, quæ poſsũt cognoſci per ſyllogiſmũ, qui ſyllogiſmus eſt inſtrm̃ artis, & non naturæ, quod deſeruit artifici, & non naturæ. Aliter dici poteſt, qm̃ illa prædicata ſingularium de ſingularibus ſubiectis non pñt quæri ab arte, ſed Ariſt. in lib. top. intendit dare inſtrumentũ per quod poterimus ſyllogizare ad problemata quæſita artium, & ideo tantùm docet inſtrumentum, & quæ ſunt quæſita artificialia, non autẽ prædicata naturalia, qm̃ illa non quæruntur ab arte, & ideo dixit Ariſt. 1. top. c. 3. quatuor eſſe tantùm problematica prædicata, & non dixit quatuor eſſe prędicata, quoniam dixiſſet falſum, ſed dixit problematica prædicata. i. prædicata quæſita, quæ quærũtur ab arte, ex quibus oĩbus latiſſimè patet, ꝙ ſubiectum totale, & adęquatũ libri Por. eſt vniuerſale, ſeu prædicabile inquantũ prædicatur in quid, vel in quale, vel inquantum eſt inſtrm̃ introductoriũ, quinque verò prædicabilia ſunt ſubiecta partialia, verum genus, ſpecies, proprium, & accidens, ſunt ſubiecta partialia tm̃, dr̃ia verò eſt ſubiectum partiale principale.

DE

Digitized by Google

DE VTILITATE.

PRopoſitum ordinem ſeruantes, poſt
mentionem de ſubiecto, de vtilitate
perſequentes, anteꝗ de ipſa aliquid
dicere aggrediamur, dubitationem
quã aliquis afferre poſſet, ſoluemus, & dubita-
tio eſt talis. Qua cauſa poſt ſubiectũ proponit
vtilitas? Inter alios, qui huic petitioni ſatisfa-
cere conanť, primus eſt Ammonius, qui ſic ait,
poſtꝗ plenè loquutus eſt de intentione, neq; ve
rò id ſatis, q̃uis.n.ſcribentis intentionem quis
nouerit, non tñ promptior efficereť ad opus ag-
grediendũ, niſi & vtilitatẽ prius perdidicerit,
qđ integrans, cõplensq; in præfatione p̃ſente
cõfirmat his dictis, vtilitas ſtudiũ alacritatẽq;
inuehit auditori, qui.n.incepturus quidquã eſt
fructum ex illius vtilitate accepturus ſit, prius
oportet cõdiſcat: & Simplicius ẽt in prædica-
mẽtis ſimiliter aſſerit, dicens, vtilitas aũt per-
ſpicuo nos magis cõcordes, & prõptiores effi-
cit, qũo autẽ tum legentes, tum etiã audientes
prõptiores, magnanimiq; reddanť iam longiſ-
ſimè à nobis ſuperius oſtẽſum fuit, dũ de inten
tione loquebamur: ergo oẽs conueniunt qua-
liter coadiuuat ad ipſam promptitudinẽ, quod
exemplo declarauimus, ſi Socrates domi ſtude
ret, Plato qui eſt amicus Socrati cõferret ſe do
mũ Socratis, & diceret Socrati, relinquas quę-
ſo ſtudiũ, nam multa ſumus acturi. rñderet ſta-
tim Socrates, & diceret, quidnã agendũ erit?
(& ſic q̃rit de intentione primò) diceret Plato,
oro te amice mi cariſſime ſi Deus ſaluet te, vt
me cõcomiteris, qm̃ exacturus ſum pecuniã, &
vereor equidẽ ne adulterinã, falſamq; pecuniã
loco bonæ exigam, ſicuti facere ſolẽt, qui non
liberè ſoluunt, ſi aũt tu cõuenies hoc herclè nõ
eueniet, nã optimè tu cognoſcis diſcrimen in-
ter bonã, & falſam pecuniam. ſtatim intellecta
intentione, & propoſito Socrates vlterius q̃rit
de vtilitate, dicens, ſi ego tibi ò Plato tecũ ve-
niens, facio hanc vtilitatẽ, quæ vtilitas, & quis
fructus, bonus ne, vel malus mihi proueniet? Si
fortaſſe malus fructus enim uerò ſtudium pro
dãno non relinquerẽ: ſi verò Plato aliꝗ parti-
culã pecuniæ ſub polliceret ſtatim (vt credo)
neglecto ſtudio alacri vultu effectũ exequereť,
hinc apertiſſimè patet finẽ, fructũ, vtilitatẽq;
magnoperè mouere agentẽ, quæcũque.n.in hu-
manis rebus ſunt oĩa ſuapte natura bonũ expe
tunt oẽs vel ſpe ipſa boni afficimur boni cupi-
ditate incenſi ſumus oẽs ad id quod bonum eſt
trahimur, rapimurq; oẽs rerum nãq; oĩum ori
go, & perfectio bonũ, malum verò qđ appetat
nemo, ſi quis tñ appetiuerit id ipſum expetet
tanꝗ bonum, quare quandocunq; voluerimus
quempiã ad aliquod cohortari ex illa ipſa re
bonum futurũ eſſe oſtendemus, vnde ex vtilita
te ſequitur admiratio, ex admiratione inquiſi
tio, ex inquiſitione cognitio, vt bene inq̃t Fran
ciſcus Burana in lib. priorũ 1. c. 1. hinc nõ ſine
maxima cauſa Ariſt. poſtꝗ præpoſuit ſubiectũ
libri, ſtatim ꝓponit vtilitatem, veluti patet in
oĩbus ſuis libris, quẽ ordinem ſequutus eſt Por.
cũ cryſaorio, Porph.n.poſtꝗ ꝓpoſuit intentio-
nẽ eſſe de quinque prædicabilibus, ſtatim ꝓpo
ſuit vtilitatẽ, quæ ꝓuenit ex cognitione illo-
rum, dicens, ò Chryſaori ſi tua intẽtio eſt logi-
cã, & philoſophiã profiteri neceſſarium eſt vt
habeas cognitionẽ de quinque prędicabilibus
hoc eſt de genere, differẽtia, ſpetie, proprio, &
accidẽte, habita hac intẽtione, ſtatim vlterius
quærit Chryſaorius de vtilitate dicens, ò Por-
phyri ſi habebo cognitionẽ de his quinque re-
bus, quiſnam fructus, quęue vtilitas mihi ꝓue-
niet ex huiuſmodi cognitione? Porphyrius ſta
tim rñdet, & dicit volens cohortari Chryſao-
riũ, ipſumq; impellere ad ſtudium, & dicit, ꝙ
nõ ſolũ vna vtilitas, ſed multę, & plures oriunť
vtilitates. Prima.n. vtilitas eſt, qm̃ cognitio ha
rum rerũ eſt vtilis ad percipiendã doctrinam
decẽ prædicamentorũ Ariſtotelis. Secunda vti
litas eſt, qm̃ confert ad diffinitionũ aſſignatio-
nem. Tertia vtilitas eſt, qm̃ iuuat ad diuiſionẽ.
Quarta vtilitas eſt, qm̃ conducit ad demonſtra
tionẽ, & ad totã logicam, necnon ad totam phi
loſophiã intellecta, ergo hac nõ vna, ſed multi-
plici vtilitate à Chryſaorio. ſtatim Chryſao-
rius fit prõptior toto animo, & toto corde mo
ueť ad capeſſendam huiuſmodi vtilitatem. Sed *Dub.*
dices, ꝙ cognitio prædicabilium nõ eſt vtilis,
nec ad demõſtrationẽ, nec ad definitionem, &
ꝓbatur ſic, qm̃ definitio habet materiã, & for-
mam, quæ materia eſt genus, & dr̃ia, quę genus
& dr̃ia ſunt partes definitionis, forma verò eſt
cõpoſitio definitionis, vt dicit Auer. 2. poſt. 17.
ꝗ cõpoſitio definitionis eſt ordo definitionis,
qui ordo eſt iſte, primò ponere genus, ſecundò
differentiã, vt inquit Ar. 2. poſt. t. 78. 6. top. c. 1.
& 7. met. 42. ſed in lib. Por. nullo modo fit men-
tio de hac cõpoſitione, ſeu de forma definitio-
nis, vt patet: ſimiliter etiã demonſtratio fit ex
materia, & forma, quæ materia demonſtratio-
nis ſunt præmiſſæ veræ, vt inquit Auer. 1. poſt.
in prologo: forma verò demõſtrationis eſt ſyl-
logiſmus, vt ibidẽ patet, de quo ſyllogiſmo nul
lo pacto tractat Por. ergo cognitio prædicabi-
lium nõ eſt vtilis ad definitionẽ, nec ad demõ-
ſtrationẽ. Reſp. ꝙ cognitio quinque prædica- *Sol.*
bilium eſt vtilis ad definitionẽ, & ad demõſtra
tionẽ quoad materiã, non quoad formã, qm̃ de
forma demonſtrationis in 1. lib. prior. tractat
Ariſt. de forma verò definitionis in 2. poſt. 78.
Sed Dices cõtra, nã dicit Auer. in prologo pri- *Replica*
mi lib. poſt. ꝙ definitio nõ habet formã. Dicas, *Sol.*
ꝙ non habet formã difficilẽ, ſicut habet demõ-
ſtratio, ſed habet formã facilem. Dices, quænã *Petitio.*
eſt hæc forma difficilis, & forma facilis? Dicas, *Sol.*
ꝙ forma difficilis eſt ſyllogiſmus, qm̃ difficile
eſt facere ſyllogiſmum, forma verò facilis eſt,
proponere genus, & poſt genus ponere dr̃iam,
qui

Digitized by Google

qui ordo, ſeu quæ forma definitionis eſt valdè facilis reſpectu ſyllogiſmi. *Alia ſol.* Iterũ Dices, quiſnã eſt iſte homo proprio vocabulo Chryſaorius nuncupatus, cui Porphyrius tã deſiderat gratificarię & in tot, & tantas ſupradictas vtilitates afferre? *Reſp.* Dñt aliqui, ꝙ iſte vir Chryſaorius fuit Patritius Romanus. Aliqui verò dicunt, ꝙ fuit quidã nobilis Siculus dictus Chryſaorius à Chryſa fluuio apud Syracuſas, & ſi Chryſaorius græcum nomen eſt idem ſignificat latinè auratũ enſem gerens, ſit ergo quomodocũque, vir fuit Patritius nobiliſſimus, in cuius gratiã Porph. librum hunc conſcripſit, hac de cauſa, vt aiunt, ꝙ cum Chryſaorius in Ariſt. prædicamenta incidiſſet, ad Porph. ſcripſit, vt ibi in ea re aliquod auxiliũ præberet, & ſic Porphyrius ad eum hunc libellũ, qui Porphyrij introductio dicitur ſub audi in Ariſtotelis dialecticã miſit.

DE ORDINE.

Latini ferè omnes antiqui Doctores, in quorũ numero Alpharabius reperitur, diſputantes de ordine libri Porph. dicũt, ꝙ iſte liber eſt primus in logica, & primo legendus, quod probant pluribus rationibus, & auctoritatibus, quarum *Prima ratio.* prima eſt talis. Illud eſt verum, vel ꝓ vero dicendũ, ꝙ dicunt, & obſeruant multi, & omnes, vt 1.top.c.1. inquit Ariſt. ſed multi, & oẽs dicunt, & obſeruant lib. Porphyrij eſſe primũ in logica, qm̃ omnes ipſum primo loco ſituant, & exponunt, & legunt ante oẽs alios libros logices, ergo liber Porph. eſt primus in logica, & *2.Ratio* primo legẽdus. Præterea arguit Alpharabius, & primùm ſupponit duo, primum eſt, ꝙ ſimpliciora natura debent præcedere: ſecundum eſt, ꝙ inſtrumentum ſimplicius in logica eſt definitio, his ſuppoſitis ſic ſtãtibus, arguit ſic, ſimpliciora præcedunt, vt aſſerit Ariſt. 2.cœli 22. & Auer. quinto colliget c.18. qñ inquit, ſimplicis cognitio dabit tibi cognitioné compoſiti, ſed quinque prædicabilia, quæ docet Porph. ſunt ſimpliciora, ergo debẽt præcedere, minor ꝓbatur, nã partes inſtrumẽti ſimplicioris ſunt ſimpliciores, ſed quinque prędicabilia ſunt partes definitionis, quæ eſt inſtrm̃ ſimplicius, vt patet in 6.top. in primo loco definitionis, ergo quinque prędicabilia ſunt oĩbus ſimpliciora, & per *3.Ratio* conſequẽs debent præcedere. Præterea vniuerſalia, ſeu cõmunia præcedunt propria 1.phy.4. 57. & 3.phy.2. necnón 2. de gen. & corrup.t.51. & 1.prior.c.5. ſed quinque prędicabilia ſunt cõmuniora, & vniuerſaliora oĩbus, quæ conſiderant̃ in logica, vt inquit Auer. in Epit. log. log. in prohemio, ergo quinque prędicabilia pręcedunt oĩa, quę conſiderant̃ in logica, & per conſequens liber Porphyrij eſt primus in logica, & debet pręcedere omnes alios libros logices. *4.Ratio* Præterea omnis præſiſtẽs cognitio debet præcedere, vt patet 1.poſt.1. 2.poſt.101. necnon 1.met.48. & 6.ethic.c.4. ſed liber Porph. eſt ꝓſiſtens cognitio ad totã logicam, qm̃ eſt introductio ad totã logicam, ergo liber Porphyrij debet præcedere, & ſic eſt primus liber in logica. *5 Ratio* Amplius, ille liber eſt primus, & debet ꝓcedere, qui facilitat oẽs alios libros ſequentes, & à quo tyrones facillimè adiſcũt, vt patet 5.met. c.1. ſed liber Porph. facilitat oẽs alios libros, & facillimè ab ipſo addiſcunt tyrones, vt experientia probatur, ergo liber Porph. eſt primus, & debet ꝓcedere omnes alios libros logices. *6.Ratio* Præterea ꝓbatur auctoritate, nam Auer. in lib. prædicabiliũ c.1. inquit, ꝙ ipſe eſt expoſiturus librũ Por. quia eſt introductorius ad ſciẽtiam rationalẽ, ergo liber Porph. eſt primo legẽdus. *7.Ratio* Præterea probatur ex vſu, & cõſuetudine, cum diu obſeruatum fuit, & antiquitus conſuetum fuit vt liber Porph. prius legeretur, & toti logicæ præponeretur. *8.Ratio* Præterea ſi liber Porphyrij non eſſet primus in logica, tunc ſequeretur vel quod eſſet vltimus, vel medius inter libros logices, ſed nec eſt vltimus, nec medius, ergo liber Porph. eſt primus in logica, qđ non ſit vltimus probat̃, qm̃ non eſt factus ad memoriam: quod non ſit medius probatur, qm̃ ſequeretur, ꝙ libri logices Ariſt. nõ eſſent ordinati, ne ergo ſequãtur hęc inconuenientia, melius eſt dicendum, ꝙ liber Porphyrij eſt primus in logica.

Caput in quo quæſiti veritas narratur, & ſoluuntur rationes.

Et quoniam falſæ opinionis improbatio eſt veritatis affirmatio, & illius manifeſtatio, ideò ꝓdicta opinio tamq̃ falſa à nobis reputatur, & eius falſitas probat̃ hoc modo, vna ſcientia, quæ eſt diuiſa in plures libros, & ordinata ſm̃ plures libros, oportet, ꝙ habeat vnum librum primum, aliũ ſecundum, ſequendo ordiné, quæ ſcientia nõ poteſt habere duos primos libros, ſed logica eſt diuiſa in plures libros, & ordinata ſecundum plures libros, ergo oportet vt habeat vnũ ſolum primum librũ, & non duos primos, qm̃ duo libri nõ poſſunt eſſe ambo primi, reſpectu vnius ſcientiæ, ſed vt aſſerunt Græci, & nonnulli Latini expoſitores, liber prædicamentorũ eſt primus liber in logica, vel vt alij dicunt, liber primus eſt liber perihermenias, & nõ liber prædicamentorũ, ergo non liber Por. hæc quidem ratio eſt demonſtratiua, & qm̃ rei euidẽtia excludit probationé (vt aiunt leges) ideò non indiget maiori probatione, tñ poſſumus dicere, ꝙ liber Porphyrij eſt primus liber in logica, non de neceſſitate ſimpliciter, ſed ſm̃ quid, & ad bene eſſe, & ſecundũ vſum expoſitorum, qui vſus potius deberet dici abuſus, & vt inquit Auer. in lib. prædicabiliũ c.1. ſm̃ conſuetudinem, qm̃ ſic conſueuerunt Doctores, & eſt mos antiquus, & vetus conſuetudo præponere librũ Porphyrij ante oẽs libros logices: ſed vt

veritas

Google

veritas magis eluceſcat, ſoluantur rationes in oppoſitum, quarum prima ſoluitur hoc modo, *Soluitur prima ratio.* ſupponendo vnum, ꝙ duplex eſt verũ, aliud eſt topicum, aliud demonſtratiuũ, tunc dr̃, gloſando maiorẽ hoc modo. ſ. ꝙ illud verum, quòd dicunt omnes, vel plures eſt verũ topicum, quod facit opinionẽ, non autẽ eſt verum demonſtratiuum quod facit fidem, & veritatem, & ſic ſequitˀ, ꝙ ſi liber Porphy. eſt primus in logica, eſt primus ſecundũ opinionem quam ſequunĩ oẽs, plures, vel ſapientes, nõ ſecundum veritatem. *Soluit 2. ratio.* Secunda ratio ſoluit hoc modo gloſando ſimpliciora tunc præcedunt qñ per ſe, & eſſentialiter ſunt ordinata, nõ autem qñ per accidens, & ad introductionẽ, modò quinque prędicabilia ſi ſunt ſimpliciora, tñ nõ ſunt per ſe & eſſentialiter ordinata, ſed per accidens, & ad introductionem, & ſic liber Porph. non eſt primus in logica, ſed ſi eſt primus non niſi per accidens, & ad bonitatem, & ſecundum conſuetudinem. *Soluit 3. ratio.* Soluitur tertia ratio gloſando maiorẽ hoc modo, videlicet, ꝙ tunc vniuerſalia, & communia prçcedũt particularia, qñ ſunt vniuerſalia ſimpliciter, nõ vniuerſalia adiuuãtia, modò quinque ꝑdicabilia ſi ſunt vniuerſalia, & cõmunia, nõ ſunt vniuerſalia ſimpliciter, ſed vniuerſalia adiuuãtia, & ſic non præcedunt, & ꝑ conſequẽs liber Porph. nõ eſt primus in logica. *Alia ſol.* Vel aliter dicendũ, ꝙ qñ dicit Ariſt. vniuerſalia ꝑcedunt, intelligitur ſic. i. vniuerſalia, & cõmunia præcedunt ea quorũ ſunt communia, modò quinque prędicabilia, ſi ſunt cõmunia, & vniuerſalia, nõ ſunt cõmunia ad ea, quę tractanĩ in logica, qm̃ hęc quinque ꝑdicabilia eſſent vt genera, & illa quæ tractanĩ in logica eſſent vt ſpecies cõtentæ ſub ipſis tamq̃ ſub generibus, quod quidem eſt omninò falſum. *Alia ſol.* Vel aliter dicendũ, ꝙ aliud eſt vſus quinque ꝑdicabiliũ, & aliud eſt cognitio ipſorũ, tunc dr̃, ꝙ vſus ipſorum eſt cõis, non autẽ cognitio ipſorum, qm̃ cognitio ipſorum in determinata parte fuit tradita ab Ariſt. hoc eſt in 1. lib. top. & ſic poſſumus dicere, ꝙ ſi ſunt cõmunia, & præcedunt nõ niſi ſm̃ vſum, & non quoad cognitionẽ. *Alia ſol.* Vel poteſt dici aliter, negãdo minorem qm̃ falſum eſt dicere, quòd prędicabilia ſunt cõmuniora, & vniuerſaliora oĩbus in logica cõſideratis. *Soluit 4. ratio.* Soluitur quarta ratio, cõcedendo maiorẽ, ſed diſtinguendo minorẽ, hoc pacto, quòd quinque prędicabilia ſunt pręexiſtẽns cognitio ad totã logicã quoad vſum, non autẽ quoad cognitionem, & ſic ſi liber Porph. præcedit, & eſt primus non niſi quoad vſum, & nõ quoad cognitionem. *Soluit 5. ratio.* Soluitur quinta ratio gloſando maiorẽ, dicendo, ꝙ nõ ſemper facilia præcedunt difficilia, ſed aliquando, qm̃ non eſt neceſſarium vt faciliora præcedãt, ſed ſi præcedunt nõ niſi ad bene eſſe, & ob melius: & Nota, ꝙ ordo doctrinæ in ſcientijs aliqñ attenditur ſm̃ naturas ſcibilium, & aliqñ attẽditur penes habiliorem tradendi modum, vt talis ſciẽtia à nobis haberi poteſt, & qm̃ aliquãdo à facilioribus addiſcimus, aliqñ verò à difficilioribus, ideo nõ ſemper eſt vera illa ꝑpoſitio, videlicet quòd faciliora præcedunt, & à facilioribus eſt inchoandum. *Alia ſol.* Vel aliter dicendũ, ꝙ illa propoſitio. ſ. illud eſt principium doctrinæ à quo quis facillimè addiſcit, valet in his, q̃ ſunt per ſe, nõ autem in his quæ ſunt per accidens, veluti ſunt quinque prædicabilia. *Soluit 6. ratio.* Ad auctoritatem Auer. ipſemet rñdet ibidẽ, & dicit ſic, cũ currit conſuetudo vt aperianĩ libri logices, ex quibus ſumitur, ꝙ Auer. nõ ex intento ꝑprio dixit, quòd liber Por. eſt primus in logica, ſed ex cõi cõſuetudine, q̃ mala conſuetudo eſt deroganda, & ſic, liber Por. eſt primus ſm̃ expoſitorũ malam conſuetudinẽ, non ſm̃ veritatem. *Soluit 7. ratio.* Soluitur ſeptima ratio dicendo, ꝙ non eſt vſus bonus, ſed potius dr̃ abuſus, qui eſt delendus, qm̃ vnum eorũ quę ſolent impedire veritatẽ eſt mala conſuetudo, vt dicit Auer. & Ariſt. 2. met. 14. & vt quiſq; certus ſit, quòd liber Porph. nõ eſt præponẽdus reliquis partibus logices, nam ea quæ cõnſiderat Porph. ſi cõſiderantur vt ſunt prædicata per ſe, & prima quomodo demõſtrationi deſeruiunt, ſic cõſiderantur in 1. lib. poſt. ſi conſiderãtur vt ſunt prædicata in quid, vel in quale, ſic cõſiderãtur in lib. top. ergo ſi conſiderãtur in lib. Por. non conſiderantur niſi vt ſunt præcognitiones quid nominis, immo ſi quis diligẽtius inſpicit non niſi in lib. top. deſeruiunt, qm̃ modus conſiderandi deſeruit modo definiendi, & ẽ contra, ſed Porph. definit hæc quinque prædicabilia vt definit topicus, qm̃ definit vt prædicata in q̃d, vel in quale, ergo ſi cognitio horũ quinque ꝑdicabilium eſt neceſſaria, nõn erit neceſſaria niſi topico, ergo non neceſſariũ eſt vt à Porph. traditur, ideo in fine expoſitionis dicit Auer. quòd ſi liber Por. cõtinet ea, quæ demonſtrationi deſeruiunt in 1. poſt. habenĩ, ſi quæ definitioni deſeruiunt, in 2. poſt. tractantur, ſi quæ lib. top. in topicis, ergo cum horũ prædicabilium in proprijs logicæ partibus habeatur cognitio, ergo liber Por. non eſt neceſſarius, nec cõmunis, nec reliquis logicæ partibus anteponendus, ſed ſi anteponiĩ non niſi de bonitate, non de neceſſitate ob malam conſuetudinẽ, non ſecundũ veritatem, ſed propter abuſum, & ſi præcedit non ſecũdum cognitionẽ, ſed ſecundum vſum aliorũ: hinc ſoluitur vltima ratio hoc modo, quòd tũc eſſet vera, qñ liber Porph. numeraretur inter libros logices Ariſt. ſed quoniã nõ numeranĩ inter libros logices Ariſt. ſed eſt introductorius ad libros logices Ariſt. vt ipſemet Porph. ideo ſequiĩ, quòd nõ eſt primus, nec medius, nec vltimus, ex quo fiat ratio talis introductio artis nõ eſt pars artis, vt introductio ad domum nõ eſt pars domus, ſed liber Porph. eſt introductio logices, vt patet ꝑ Porph. ergo non eſt pars neceſſaria logices, & per conſequens non eſt pręponẽdus in logica, niſi eo modo quo diximus.

DE

Digitized by Google

DE DIVISIONE.

Propoſueram equidẽ de libri Porphyrij diuiſione verba facere, ſed qm̃ latiſſimè à nobis de ipſa dicemus in expoſitione primi textus huius libri hac de cauſa operæpretium eſt, ne iterum,atq; iterum eadem repetant̃, nihil pro nunc de tali diuiſione dicere, ſequendo præceptum Ariſt. 3.de par.animalium c.4. necnõ clarius 1.phy. tex 50.& 56. vbi inquit,fruſtra fieri per plura, quod poteſt fieri per pauciora, ideo ibi habebis in quot, & quas partes diuiditur iſte liber.

DE PROPORTIONE.

Sententia eſt Ariſt.1.poſt.2.quã dilucidiſſimus Themiſtius affirmare videt̃,ꝙ præcognitio ſeu nominis declaratio eſt valdè neceſſaria,& tãtæ neceſſitatis ſine qua nullius rei cognitio haberi põt,hinc dr̃,ꝙ præcognitio quid nominis eſt fons, & principiũ oĩs noſtræ agnitionis, & qm̃ intẽdimus declarare, q̃ eſt ꝓportio huius libri ad libros Ar.ideo oportet dicere ꝓ iunioribus quid ſibi velit hoc nomen(proportio)dicimus ergo, ꝙ proportio nil aliud eſt niſi comparatio vnius rei ad alia in perfectione, & nobilitate, hoc eſt qũo comparat̃ liber Por.ad libros Ariſt. hoc eſt in quo gradu reperitur,veluti exemplo põt manifeſtari quemadmodũ apud regẽ ſunt nonnulli hoĩes,inter quos eſt Callias,ſi.n.aliqs quæreret qũo Callias exiſtimat̃,hoc eſt in qua exiſtimatione habet inter alios, eſt ne primus apud regẽ, vel vltimus numeratur, reputat̃ ne inter dominos gratioſos apud regem,vel inter ſeruos quaſi nõ nominatos?à pari liber Porph. inter libros logicẽs quam proportionẽ habet?
Reſolu. Reſp. Dicas reſolutè,ꝙ liber Por.ſe habet veluti ſeruus reſpectu domini,ſicut.n.ſeruus refert̃,reducitur,ordinatur,& eſt ꝓpter dñm,ſic liber Por. refertur,reducitur,ordinatur,& eſt propter libros logices,& probat̃,qm̃ ſeruus non eſt in libertate, ſed ſemper reſpicit dñm, & quidquid facit,facit ꝓpter dñm,ſemper reſpiciẽdo vtilitatem dñi,& non eſt gratia ſuiipſius,ſed gratia alterius,& id᷑o nõ dr̃ liber, ſic liber Porph.reſpicit librum prædicamentorũ, & alios libros logices, & eſt gratia illius, cuius ſcientia non eſt libera, qm̃ habet ſeruire alteri, & eſt gratia alterius, & deniq; eſt veluti index digitus, qui oſtendit librum prædicamẽtorum,oſtendendo vtilitatem q̃ affert ad librũ prædicamẽtorum: & ideo dixit Porph.in ſuo prologo,ꝙ cognitio quinque prædicabiliũ eſt neceſſaria,hoc eſt vtilis ad prædicamẽta Ariſt. & ideo etiã vocatur introductio ad libros Ariſt. vt inquit idẽ Por. ſicut.n.ſe habet aliquis, qñ manuducit aliquẽ cœcum, ſic ſe habet liber Porph.ad libros logices,quoniã introducit, præparat, ac diſponit, & oſtẽdit viam tyronibus ad logicam Ariſt. ex quibus omnibus cõcludendo dicimus,ꝙ ꝓportio lib. Porph. ad libros logices eſt veluti proportio ſerui ad dominum,& ſicut ſe habet ſeruus tamquam homo nõ liber ad dominum, illi obediendo, ſeruiendo, & gratum faciendo, ſic ſe habet liber Porphyrij ad alios libros Ariſt.

DE VIA DOCTRINAE.

De via doctrinæ aggredi volẽtes qua vtitur Porph.in ſuo libro,dicimus,ꝙ Auer.in 1.phy. in prologo declarans quotuplex eſt via doctrinæ dicit, ꝙ eſt triplex.Alia quæ demõſtratio ſimpliciter appellat̃.Alia verò quæ demonſtratio ꝓpter quid vocatur. Alia q̃ demõſtratio quia nuncupatur, & ſi præter has alia via doctrinę reperitur,hoc ibi ipſe nõ diſputat, & qm̃ nos ſumus verba facturi de via doctrinę huius libri,ideo operæpretiũ eſt declarare quænã eſt, & dicimus indubitanter, ꝙ via doctrinæ qua vtit̃ Por.in ſuo lib, in declarãdo quinq; ꝑdicabilia, nõ eſt demonſtratio ſimpliciter, nec ꝓpter qd,nec quia, qm̃ iſtæ viæ faciunt ſcire id qđ eſt naturaliter ignotum,ſed quinque prædicabilia nõ ſunt naturaliter ignota,ſed ſunt nota,& ſupponunt. *Petitio.* Dices, q̃ erit hæc via doctrinæ qua vtitur Por. in declarãdo hæc quinq; prædicabilia? *Reſp.* Dicas certè, ꝙ eſt definitio quid nominis, qm̃ qñ Por. vult declarare quinq; prædicabilia,non declarat illa, niſi illa diffiniendo per definitionẽ quid nominis, qm̃ ipſe ꝓpoſuit in ſuo prologo declarare qd eſt genus,& qd ſpecies,& alia. Chryſaorius tamq̃ curioſus quærens à Porph. dicebat, quid ſibi vult hoc nomen genus? rñdebat Por. docẽdo,& hac via doctrinæ vtens, q̃ vocat̃ definitio quid nominis, & dicit, ò Chryſaori ſi tu neſcis quid ſibi vult genus, dico,ꝙ genus eſt illud qđ prædicat̃ de pluribus differentibus ſpecie, ſimiliter hoc nomẽ ſpecies eſt q̃ prædicat̃ de pluribus differentibus numero,& ſic de cæteris ꝑdicabilibus,& ſic qñ Por.vult docere Chryſaoriũ vtitur hac via doctrinæ,quæ vocatur definitio quid nominis,qm̃ declarat nomina quinq; ꝑdicabilium, & ꝙ hoc ſit verũ, & nõ dubitandum, apparet ex dictis Por. qñ enim diffinit differẽtiam,affert quinque definitiones de differẽtia, quæ definitiones non ſunt definitiones qd rei, qm̃ vna res nõ põt habere plures definitiones quid rei 2.poſt.20.ſed poſſunt eſſe bene plures definitiones qd nominis. *Petitio.* Sed dices,quare Por. declarãdo quinque prædicabilia,potius vtitur definitione qd nominis,q̃ definitione quid rei? *Reſp.* Dicas, qm̃ definitio quid nominis eſt facilior, & qm̃ nouitijs ſatisfaciendum eſt cum facilioribus, ideo potius vtitur definitione quid nominis,quã definitione quid rei, vt rectè inquit Auer.cùm dicit,ꝙ iſte liber eſt introductorius in quo non ſunt definitiones quid rei, ſed quid nominis tantum, qm̃ ſumus in principio artis, & non bene intelliguntur partes, & quamuis iſtæ definitiones dentur per verum genus, & veram

veram

Digitized by Google

veram drïam; tñ apud inchoantes artem dñt definitiones qd nominis, licet poſſint dici definitiones quid rei apud prouectos, qñ intelligunt partes poſitas in definitione ſingulorũ prædicabilium. hinc Nota, q́ vnamet definitio poteſt dici definitio quid nominis, & quid rei, v.g. homo eſt animal rationale, ly animal rõnale eſt definitio, ſi aliquis nouitius intelligit hãc definitionem, non intelligit niſi hanc vocem. ſ. aial rõnale, ſed ignorat quid eſt animal, & quid eſt rationale, ſed peritus in arte ſcit qd eſt aïal, & qd eſt rõnale, ſcit has partes genus, & drïam, & ideò apud inchoãtes artẽ, & in principio artis dr̃ definitio quid nominis, ſed apud peritos in arte, & in fine artis dr̃ definitio qd rei, ſimiliter qñ aliquis aggredit̃ logicã, ſtatim præceptores declarãt genus, & dñt genus eſt illud quod prędicatur de pluribus differentibus ſpecie, in eo quod quid, hæc definitio apud iuuenes, & nouitios nõ eſt intellecta terminis, hoc eſt inchoantes ignorãt quid ſibi vult illã particula, p̃dicat̃ de pluribus, & alia q̃ ſequuntur, ſed intelligunt tm̃ illã vocem in confuſo, peritus verò in arte ſcit oẽs illas partes, & intelligit illas, hoc eſt ſcit qd ſibi vult prædicari de pluribus, & alia, & ſic apud peritos dr̃ diffinitio qd rei, & intellecta terminis, vt rectè aſſerit Auerr. 1. poſt. 2. ex quibus oĩbus ſumit̃, q́ eadẽ definitio dr̃ definitio quid rei, & quid nominis, reſpectu diuerſorum. Dices, qñ Porph. vult docere partes poſitas in definitione generis. ſ. quid ſibi vult illa particula, de pluribus differẽtib' ſpecie, & alia, quo inſtrumento, ſeu qua via doctrinæ vtitur? *Petitio.*

Reſp. Dicas, q́ vtitur pro via doctrinę manerie diſciplinæ, quæ vocat̃ exemplũ, vel vtitur inductione, non demonſtratione, qm̃ ipſe dicit in ſuo p̃logo, q́ vult facere introductoriũ inchoantibus, quibus non placet idẽ inſtrm̃, vt 2. met. 15. ſed ingenioſis, atq; prouectis ratio demõſtratiua per cauſam, rudibus verò, & inchoãtibus, vel male naturę, vel male aſſuetis debemus ſatiſfacere declarãdo res Ariſt. per exempla, vel alio clariori modo quo poſſumus, ne deſperẽt ab arte propter difficultatẽ artis, vnde concludimus, q́ qualis eſt materia, tale debet eſſe inſtrumentũ, vt 2. met. 14. & 1. ethic. c. 2. in rebus verò facilibus aliqua manerie diſciplinæ, quæ eſt vel exemplũ, vel inductio, vel enthimema, ſed qm̃ quinque p̃dicabilia ſunt per ſe intelligibilia, vt inquit Auer. in vltimo cap. libri Porph. igitur Porph. ad declarandum ea nõ vtitur demonſtratione, ſed aliqua manerie diſciplinæ.

DE NOMINE LIBRI.

Nomen, inſcriptio, ſeu titulus huius libri à diuerſis expoſitoribus diuerſo modo dr̃. Quidã. n. vt Alexãder, & alij Alexãdrũ ſequentes, dñt, q́ hic liber dr̃ de quinque p̃dicabilibus. Poſt Alexandrũ Ammonius ait, q́ iſte liber dr̃ Yſagogicon. i. quodã introductoriũ ad philoſophiam, & ad prędicamenta Ariſt. Alij verò dñt, q́ iſte liber appellat̃ de quinque vniuerſalibus, quod idẽ eſt ac ſi diceret de quinq; p̃dicabilibus. alij verò dñt, q́ hic liber noĩatur de quinq; vocibus vniuerſalibus, ſeu prædicabilibus, & ſic oẽs ſumunt nomen huius libri ab ijs, q̃ cõſiderantur in hoc libro, & nõ imperitè quidem, qm̃ titulus libri ſolet ſumi à re conſiderata in illo libro.

DE NOMINE AVCTORIS.

De nomine Auctoris huius libri equidem decreuerã nil dicere, qm̃ valdè exactè ab alijs ſuit pertractatum, tñ ne aliquid intactũ remaneat, dicamus, q́ Auctor, & dñs huius libri vocat̃ Porphyrius, magnus quidẽ philoſophus, & fideliſſimus Ariſt. expoſitor, genere Grecus, quem vt aiunt, diſputauit cũ D. Catherina, & in diſputando à D. Catherina fuit victus. vixit iſte philoſophus tpe quo viuebãt magni Imperatores Aurelianus, & Diocletianus. fuit & ſumma eruditione eruditus, atq; doctus à Plotino philoſopho inſigni, qui Platonẽ ſequebat̃, habuit deinde ſuos auditores Iamblicũ, & Chryſaorium Romanũ Patritiũ, in cuius Chryſaorij gratiã hunc librũ edidit, ſumpta occaſione, q́ cũ Chryſaorius in Ariſt. p̃dicamẽta incidiſſet, & in quaſdã res ſibi ignotas impegiſſet, ad Por. ſcripſit vt ſibi in ea re aliquod auxiliũ daret, & ſic Por. ad Chryſaorũ hunc libellũ, qui dr̃ Porphyrij introductio ad Ariſt. logicã miſit. Dices, qua de cauſa fit mentio de noĩe Auctoris? Dicas, ad extollendã doctrinã, & ad trahẽdos auditores ad beneuolentiã, & vt magis ſint attenti, qm̃ ſi auctor fuerit parui momẽti, & minoris cõditionis, grauitatis, & auctoritatis, & eſt rudis, atque ignorans, animus ſtudẽtis non mouet̃, non deſiderat, nec ab illo addiſcere deſiderat, ſed potius illũ paruipendit, & nunq̃ ab illo addiſcit. Iterũ Dices ſubtiliter quidẽ dubitando præcognitio qd nominis 1. poſt. 2. eſt principiũ oĩs cognitionis, & cũ ſit principiũ debet præcedere oĩa alia, & debet eſſe prima p̃cognitio declaranda ante oẽs alias p̃cognitiones, quare ergo inter præcognitiones à nobis declaratas non fuit primo loco declarata? *Petitio.* *Reſp.* *Petitio.*

Sol. Dicas, q́ p̃cognitio qd nominis eſt duplex, q̃dam eſt p̃cognitio qd nominis ſubiecti, vel rei addiſcẽdę, ſeu quęſiti, q̃dam verò eſt præcognitio qd nominis libri vel auctoris, qua diſtinctione ſtãte, dr̃, q́ Ar. in 1. poſt. 2. qñ dicit, q́ præcognitio qd nominis debet præcedere, loquit̃ de præcognitione quid nominis quæſiti rei docendę, addiſcẽdę, non aũt de præcognitione quid nominis auctoris, vel libri. Hęc igit̃ ſatis ſit dixiſſe de præcognitionibus, q̃ fieri ſolent in principio cuiuſcũq; libri: trãſeamus modò ad textus expoſitionẽ in noĩe illius à quo cœlũ, & tota natura depẽdet, qui dirigat noſtrũ intellectum ad veritatẽ, & ad ſtudentium vtilitatem.

FRAN-

Digitized by Google

Tex. 1.

CVM ſit neceſſarium, Chriſaori, et ad eam, quæ eſt apud Ariſtotelem prædicamentorum doctrinam noſſe, quid ſit Genus, & quid Differentia, quid Species, quid Proprium, & quid Accidens, & ad Definitionum aſſignationem, & omninò ad ea, quæ circa Diuiſionem, & Demonſtrationem ſunt:

CRAVISSIMI Ariſtotelis interpretes, Græci, Latini, & Arabes, omnes Antiqui, atq; Moderni, inter alia, quæ in librorum principijs prælibanda proponunt, diuiſionem maximè pertractare intendũt qm̃ ad eorum, quę in libro tractantur cognitionem ordinatamq; notitiam plurimum cõducit, quam in proœmiũ, & tractatum, iuxta Ar. præceptum. 3. rethoricorum cap. 14. fieri exararunt. Alteram verò partem, quæ Epilogus nominatur, non tãquam neceſſaria, ſed ob melius fatentur, quorum nos veſtigia ſequentes, aſſerimus hunc librum diuidi in tres partes, in proœmium, tractatum, & Epilogum: cauſa huius diuiſionis eſt: qm̃ omnis artifex tam practicus, quã ſpeculatiuus, tam nobilis, quàm ignobilis, tã paruus, quàm magnus, & quicunque ſit in omni operatione, duobus vtitur motibus, quorum alter dicitur conſultiuus, ſeu intellectiuus, Alter verò exequtiuus, ſeu compoſitiuus appellatur, teſte Ar. 7. Met. 23. & qm̃ Porphyrius nobilis, magnus, atque ſpeculatiuus Artifex videtur, meritò his in hoc ſuo opere, duobus vtitur motibus: Altero in prologo, qui eſt motus reſolutiuus referente Auer. in prologo libri poſt. Altero in tractatu, qui dicitur motus exequutiuus, ſeu compoſitiuus, & qm̃ non datur alter motus neceſſarius pręter iſtos, ideo non eſt alia pars libri neceſſaria præter Proœmium, & Tractatum, & per conſequens Epilogus nõ eſt pars neceſſaria, ſed ob melius, & ad bene eſſe, & ſecundum quid: ſed qm̃ 2. poſt. ca. 9. Themiſtius ac Ari. 1. poſt. 2. præcognitio quid nominis in ſcientia eſt neceſſaria, & tantæ neceſſitatis, ſine qua fruſtra ſit aditus ad ſcholas, cùm ſit principium, fons, caput, & origo omnis noſtræ cognitionis, & ſcientiæ: ideo oportet non ignorare, quid ſignificat hoc nomen, Proœmium, quid Tractatus, quid demum Epilogus. Scias ex Ar. 3. Rethoricorum cap. 14. ꝙ Proœmiũ eſt præuiatio, ſeu viæ præparatio ad ſequẽtia: Vel dicas ꝙ Proœmium eſt ea libri pars, in qua auctor confuſo modo proponit ſubiectũ, quod diſtincto modo intendit tractare in tractatu. *Quid ẽ pœmiũ.* Tractatus verò eſt ea libri pars, in qua Auctor diſtincto modo exequitur, tractat, & declarat ſubiectum quod confuſè fuit prædictum, atq; in Proœmio propoſitum: *Quid ẽ Tractatus.* Epilogus autem eſt quædam omnium dictorum in tractatu breuis collectio, ſeu ſumma 5. Phy. 5. Au. qui deſeruit ob memoriæ conſeruationẽ, *Quid ẽ Epilog.* & ne mirum vobis videatur, ſi Proœmium eſt prius Tractatu: hoc. n. eſt Ar. præceptum in cap. de priori, eoq; magis maxima cum ratione eſt factum, *Quare Proœmium ẽ prius Tractatu.* dicit. n. Ar. 1. Phy. 5. ꝙ cognitio vniuerſalis, & confuſa præcedit particularem, & diſtinctam, veluti exemplificat de pueris: primum. n. pueri appellant confuſè omnes viros patres, & omnes feminas matres, poſtea cùm vigoratus eſt eorum intellectus diſtinctè vocant, & cognoſcunt Æneam patrem, & Mideam matrem: & cum in Prologo confuſè præponatur ſubiectum, in Tractatu autem diſtinctè exequatur: meritò ergo rationabiliter, Proœmium præcedit Tractatũ, ſine quo Proœmio ſi eſſet aliquis liber, pariter eſſet ſicuti homo ſine capite: immò auditores ſuſpenſi eſſent, quia debent præſcire: qua de re habetur oratio, teſte Ar. 3. Reth. cap. 14. nam quod interminatum, eſt in errorem ducit, Proœmium igitur huius libri continet primum cap. ib (cum ſit neceſſarium) Tractatus verò ibi (Videtur autẽ.) Epilogus verò ſit in fine capitis de accidente ibi (Determinatis autem his) Sed nota ꝙ Tractatus in duas partas ſecatur, *Diuiſio Tractatus.* in 1. de quinque Vocibus agitur, de vnaquaque ſigillatim, diuiſimq; tractando: In 2. de ſimilitudine, ac diſſimilitudine, i. conueniencia, differentiaq; quam inter ſe habeãt, prima pars incipit vbi Tractatus incipit: 2. ibi (Commune quidem) Prima pars adhuc in quinq; partes, ſeu capita diuiditur, prout quinq; ſunt cõmunes, ſimpliceſq; voces. de quibus diſputat, vt de Genere, Specie, Differentia, Proprio, & Accidente. Præterea 2. pars Tractatus principalis, adhuc in duas partes ſcinditur: in 1. quidẽ omnium quinque Vocum cõparationem ſeu conuenientiam facit: in 2. ſigillatim quamque ad alias ſeu aliarum quamlibet, comparat, ſm̃. conuenientiam ac differentiam: Aliæ diuiſiones vſque ad minimas fieri poſſunt, de quibus dicam, ſicut dicit Au. in prologo poſter. qui voluerit illas diſſoluere ab illis locis, & dinumerare apud initium totius libri: ſua ſit id facere, haſce autem feciſſe ſufficiat: Nos autem non intendimus niſi primam partem tractatus exponere, 2. verò relinquimus: tanta enim eſt in ea facilitas, tanta verborum claritas, vt clariori expoſitione atq; cõmentatione non indiget. Sed Dubitabis, nã Porphyrius in hoc libro non deberet vti Proœmio, *Dubit.* qm̃ artifex demonſtratiuus non vtitur ſermonibus rethor. 2. poſt. 84. atqui Proœmium

mium eſt ſermo rethoricus. 3. Rethor. cap. 14 ergo Porphyrius demõſtratoris officio vtẽs, non debet vti Procæmio. Dicas ꝙ non in-

Solutio.

conuenit vti, dummodo vtatur ad prædicendum, & præponendum ſubiectum, de quo pertractare intendit: ſed inconuenit vti Procæmio ad perſuadendum, veluti pertinet ad rethorẽ: his ergo ſic ſtantibus tranſeamus modò ad ſingulorum verborum expoſitionem. Deo optimo maximo Duce, noſtrum intellectum illuſtrante, à quo petimus conſenſum, & directiouem ad ipſam veritatem, pro qua in daganda, hunc ſeruabimus ordinẽ in ſingulis textibus exponẽdis. Primo enim textũ continuabimus. Secundo enim intentionẽ, & cauſam intentionis dabimus. Tertio diui-

Ordo ſeruandus.

ſionẽ afferemus. Quarto verborum ponderationẽ. Quinto & vltimo dubitabimus, & ſoluemus Quoad primum: Iſte textus continuari non poteſt, qm̃ continuatio fit cum priori, cùm iſte textus ſit primus continuari nõ poteſt: ideo relicta continuatione ad eius intẽtionem deſcendamus & dicimus, ꝙ Porphy-

Intẽtio tex.

rius loquens cum Chryſaorio, reddens auditorẽ attentum, pręponit ſubiectum ſ. quinque Prędicabilia, Genus nempè, Differẽtiam Speciem, Proprium, & Accidens, de quibus tanq̃ de ſubiectis partialibus pertractare intendit: præponit etiam quadruplicem vtilitatẽ, cùm dicit non ſolùm ad doctrinam Prædicamẽtorum Ar. ſed ad diffinitionum aſſignationem, & omninò ad ea quæ in diuiſione, & demonſtratione ſunt vtilia: ꝓpoſito ergo intentione & cauſa intẽtionis, q̃ intentio eſt tractare de quinque Vocibus, & cauſa intentionis quæ ẽ

Diuiſio tex.

propter vtilitatem conſequẽdam; nunc diuidatur iſte textus in 3. partes: in prima facit id quod dictum eſt. In 2. ibi (De iſtarum rerum) proponit modum tractandi eſſe .ſ. breuem, & facilem, ſub modo introductionis, vnde reddit auditorem beneuolum: In 3. parte ibi (altioribus quidem quæſtionibus (vult ſe excuſare ab indebito modo quem alij ſequũtur in tractando de his quinque Vocibus: Legatur ergo textus ſicut iacet. O chryſoari cũ ſit neceſſarium. i. quia neceſſarium eſt ad doctrinam Prædicamẽtorum percipiẽdam noſſe q̃d ſit Genus, q̃d Differentia, quid Species quid Poprium, & quid Accidens, & ad Definitionum aſſignationẽ, & omninò ad ea, quæ in diuiſione, vel demonſtratione ſunt vtilia: de iſtarum rerũ ſpeculatione tibi traditionẽ faciens, tẽtabo breuiter, velut introductionis modo, ea quæ ab antiquis dicta ſunt aggredi; altioribus quidẽ quæſtionibus abſtinens, ſimpliciores verò mediocriter coniectãs; Sed videndum eſt modo quid nam intelligit Porp. per ly (neceſſarium) vbi eſt notandum, ꝙ omne nomen æquiuocum prius eſt diſtinguendũ in ſua ſignificata, deinde determinandũ veluti teſtatur Ar. 1. Cæli tex. 110. cùm ly neceſſarium nomen ſit multiplex & Æquiuocum, meritò nos veſtigia Ar. inſequẽtes ipſum diuidemus in ſua ſignificata, deinde eligemus de quo nam ſignificato intendit Porphyrius,

Quot modis dicitur neceſſarium.

& primo modo dicit̃ neceſſarium id, ſine quo res nõ põt habere cõpletum eſſe, vt eſt cibus, & reſpiratio in animali: cibus. n. eſt neceſſari⁹ animali ꝓpter humidi reſtaurationẽ, reſpiratio aũt ꝓpter refrigerationẽ cordis, teſte Ar. 5. met. c. de neceſſario: Alio modo dicitur neceſſarium id ſine quo res non põt bene ſe habere. ſ. acquirẽdo bonũ vel expellendo malũ, & ſic dicim⁹ ꝙ nauigare ad Thebas eſt neceſſarium, ſi debet obtineri pecunia à debitore, & medicina ẽ neceſſaria, ſi debet expelli febris: Alio modo dicit̃ neceſſariũ id quod alicui accidit violenter, vt hoĩẽ neceſſariò fugere, ꝑſequentibus inimicis: Alio modo dicit̃ neceſſariũ id quod non cõtingit aliter ſe habere, & hoc neceſſarium ſimpliciter, vt ſi aliquod cõponitur ex cõtrarijs, id neceſſariò ẽ corruptibile: Alio modo ẽ neceſſariũ id quod nec ꝑ ſe expetendũ ẽ, nec fugiendũ: ſed alterius gratia recipiẽdũ, vt medicinę potiones, vel vænæ inciſio: Alio modo appellat̃ neceſſariũ ad bene eſſe, ob melius, ꝙ vtile nuncupat̃: quibus oĩbus ſignificatis ſtãtibus dicimus ꝙ Porph. per ly neceſſarium, intelligit neceſſarium ad bene eſſe, quod vtile appellat̃, veluti ipſemet ſe exponit in hoc tex. in illis verbis, qñ dicit, vtili exiſtente iſtarum rerũ ſpeculatione; Sed dices ſi ꝑ neceſſariũ Porp. intelligit

Dub. Sol.

vtile; vellẽ ſcire quid eſt vtile? Reſpõdet Ar. in 1. Ethicorũ c. 6. nec nõ in 8. top. in 12. loco celandi, & dicit, ideſt, vtile quod ꝓpter aliq̃d aliud. i. quod ẽ gratia alterius ꝙ vtile ẽ duo-

Quot modis dicitur vtile.

bus modis: vno modo quod in ſe & ſm̃ ſui naturã non ẽ appetibile, nec amabile, imò abominabile, tñ in ordine ad aliquẽ finẽ amatũ conſequendũ ẽ appetibile, vt medicina fetida, & abominabilis dicitur vtilis, ꝓut deſeruit infirmo, ad conſequendã ſanitatẽ, & trũcatio pedis eſt abominabilis, & mala, tñ eſt vtilis & bona, ne totum corpus pereat, & inficiatur, & ꝓijcere merces in mare eſt malũ: tñ eſt bonũ & vtile, ne fiat naufragium. Secũdo modo dicit̃ vtile, quod in ſe eſt appetibile, & ad finẽ conſequendũ, vt medicina delicata & odorifera eſt vtilis, nõ ſolũ in ordine ad conſequendã ſanitatẽ, ſed et̃ ſm̃ ſe ẽ appetibilis: dicimus ergo ꝙ cognitio quinq; Prędicabiliũ eſt neceſſaria, id ẽ vtilis, q̃a appetitur ꝓpter ſe, & conducit ad cõſequẽdã cognitionẽ decẽ Prędicamentorũ Ar. & ẽ gratia ipſo-

Dubit.

rũ. Sed Dubitat̃; ſi ly neceſſariũ ſumitur pro bono, & vtili: cur dixit cũ ſit neceſſariũ, & nõ dixit, cùm ſit bonũ, vel cũ ſit vtile? pro ſolutione eſt Notandũ, ꝙ neceſſariũ dicitur ſex modis, vno mõ ſicut materia, vt materia æris ad facien-

faciendam ſtatuam; Alio modo pro forma, vt rationale in homine: Alio modo, que ꝓpter ſe fugiēdum, ꝓpter alterum verò expetendū vt venam incidere neceſſarium, quod ꝓpter ſe expetendum vt ſanitas, virtus; Alio modo quod ꝓpter ſe, neq; expetendum, neq; fugiēdū, vt aliqua pharmaca: Alio mō quod ꝓpter ſe, & ꝓpter aliud expetendum, & oēs iſti modi reducuntur ad tres ſolum .ſ. ad neceſſariū quod ꝓter ſe expetendum, neceſſarium quod ꝓpter aliud, & neceſſarium quod propter ſe, & ꝓpter aliud: nā neceſſariū ſicut materia, & ſicut forma reducūtur ad neceſſarium ꝓpter ſe: ſimiliter neceſſarium quod ꝓpter ſe fugiēdum, & propter alterum expetendū, ſicut venā incidere: & neceſſarium quod propter ſe, neq; fugiendum, neq; expetendū reducuntur ad neceſſariū ꝓpter aliud: Immò ille tertius modus ſ. neceſſariū propter ſe, & ꝓpter aliud reducitur ad illos duos tantū. ſ. ad neceſſariū propter ſe, & neceſſarium, propter aliud, ita quòd duo tm̄ remanent; Nota aliud ꝙ bonum propriè dicitur illud quod eſt bonum ꝓpter ſe, maximè verò vtile dicitur id quod eſt propter aliud vtile neceſſarium autem propter ſe eſt illud quod propriè ſimpliciter, & abſolutè dicitur neceſſarium: his notatis dicitur, quòd noſſe quid Genus quid Species, quid Differentia, quid Proprium, & quid Accidens eſt neceſſarium propter ſe, & propter aliud: propter ſe, quoniam cognitio talium quinque Prædicabilium eſt neceſſaria ſimpliciter, dicitur etiam neceſſaria ꝓter aliud, qa eſt vtilis ad prędicamēta Ar. ad definitiones, diuiſiones, demonſtrationes, & ad omnē philoſophiam, ideo non dixit Porph. cū ſit bonū: quia id dicitur bonum quod eſt tātùm ꝓpter ſe bonum, non dixit vtile. quia ſolum fuiſſet ꝓpter aliud, ſed dixit neceſſarium quod includit vtrumq; neceſſariū ꝓpter ſe, quod idē eſt ac bonum, & neceſſariū ꝓpter aliud, quod idē eſt ac vtile; & ſic patet ſolutio dubij: Sed modo venit ponderanda illa coniunctio, &, dicit Porph. cùm ſit neceſſarium Chryſaori, & ad eam quæ eſt apud Ariſt. In hoc ſunt varij modi dicendi, verùm nos veritatem afferentes dicimus ꝙ Porph. vſus eſt illa coniunctione, & oſtendens ꝙ noſſe hæc quinque prędicabilia, non ſolum eſt neceſſarium ad prædicamenta Ar. ſed etiam ad definitiones, ad diuiſiones, & ad demonſtrationes: Sed Dices qr̄ dixit ad prædicamenta Ar.? Dicas ꝙ ideo nominat Ar. qm̄ Archita fecit prædicamēta, & ne credamus, ꝙ hæc cognitio ſit vtilis ad prædicamēta architæ: ideo nominauit Ariſt. Sed quid intelligat per ly, apud. Nota ꝙ hæc præpoſitio. ſ. (apud) pōt ſignificare quatuor genera cauſarum, aliqn̄ ſignificat cauſam finalem, cùm dicitur ſeruus eſt apud dominū, qm̄ ſeruus reducitur ad dominum, & eſt ꝓpter dominum, tanquam propter finem, ad quem ſeruus dirigitur, & ordinatur, immò quicquid facit ſeruus, facit. propter dominum Aliqn̄ ſignificat cauſam efficientem, vt cùm dicitur filius eſt apud patrem, qui pater dicitur cauſa efficens, qm̄ facit, producit, & educit filium, qui eſt potentia ad actum; Aliquando notat cauſam formalem, cùm dicitur ignis eſt apud cælum, quod cælum eſt forma ignis, & ignis ſe habet veluti materia, qm̄ cælum continet ſub ſe ignem, & quia 4. cæli 35. d. Ar. ꝙ id, quod continet eſt forma, illud varò quod continetur eſt materia, cùm ergo cælum contineat ignem ſub ſe, meritò cælum eſt forma ignis. Aliqn̄ notat cauſam materialem, vt cùm dicitur aer ē apud aquā, aer enim fit ex aqua tanquā ex materia 2. de gen. & cor. 25. Ar. quo ſtante ſcias ꝙ Porphy. ſumit ly apud, non vt dicit cauſam materialem, nec cauſam formalem, neque cauſam efficientem, ſed vt dicit cauſam finalem dicendo, ſic .ſ. cognitio quinque vocum ē neceſſaria apud doctrinam .i. propter doctrinā prędicamentorum, quæ cognitio quinque vocū ordinatur & dirigitur ad p̄dicamēta, tanquā ad finem, propter quē finem Porphyrius illas voces compoſuit, atq; dilucidauit, & non ſolum propter hæc, ſed etiā propter definitionum aſſignationem, & propter diuiſiones, & demonſtrationes, & ſed quid intelligit ꝑ (doctrinam) dicas reſolutè ꝙ intelligit ſcientiā, ſed quare dixit doctrinam, & non dixit ſciētiam? Dicas, verùm pro intelligētia, Nota ꝙ dicit Ar. 3. Phy. 21. quod vnus, & idem motus poteſt dici actio, & paſſio reſpectu diuerſorū, vt qn̄ aliquis verberat aliquem, illa verberatio ſeu percuſſio ē vnus motus, ſed habet duo nomina, dicitur actio & paſſio: actio inquantū prouenit ab actore, .i. ab illo qui verberat, ſed dicitur paſſio reſpectu illius, qui patitur recipit, & verberatur: ſic à pari vna & eadem ſcientia dicitur doctrina, & diſciplina reſpectu tn̄ diuerſorum: dicitur doctrina, reſpectu doctoris, qui docet illam ſcientiam; dicitur diſciplina reſpectu diſcipuli, qui recipit, illam ſcientiam à doctore, hæc tria nomina, .ſ. ſcientia, doctrina, & diſciplina ſunt idem ſubiecto, ſed differunt ratione, fine, & reſpectu oſtendens ergo Porph. ꝙ ſcientia, & doctrina ſunt idem, ideo dixit (doctrinam) ꝑ quam intelligit ſcientiam, ſequens Ariſt. 1. poſt. i. omnis doctrina, & omnis diſciplina ex præexiſtente fit cognitione, vbi per doctrinam Ariſt. intelligit ſcientiam, nec non 1. Met. 48. per diſciplinam intelligit etiam ſciam, qn̄ d. atqui omnis diſciplina ꝑ præcognita eſt: ſed quæres quid intelligit per ly noſſe? verbo quo vſus eſt etiam in c. de ſpecie, qn̄ dixit) noſſe oportet.). Dicit ꝙ intelligit per ly noſſe .i. noſcere, cognoſcere, ideſt ſcire: Sed quare

Dubit.
Solut.

Quot modis ſumit illa præpoſitio, apud.

Dubit.

Solutiõ. dixit noſſe, & non dixit ſcire? Dicas ꝙ locus eſt Ariſt.1.Phy.4.& 5.Met.1. quòd à facilioribus, notioribus, vniuerſalioribus eſt inchoandũ, & tironibus eſt ſatiſfaciendũ, & qm̃ ly cognoſcere eſt vniuerſalius ipſo ſcire & cùm ſit vniuerſalius eſt notius, & cum ſit notius eſt facilius: & ideo Porphy. habens oculos ad inchoantes logicam, voluit dicere noſſe ſeu cognoſcere, & no dixit ſcire, ſed quid intelligit per ly quid? qñ dicit (quid eſt Genus) Nota ꝙ hoc vocabulum (quid) dicit definitionẽ q. d. Porph. ꝙ vtile eſt ad prædicamenta, ſcire quid eſt genus, ideſt, definitionem generis: Sed iterum nota ꝙ definitio ſeu quid, eſt duplex, alia quid nominis, alia quid rei 2.poſt. 32. dubiũ eſt modo quod eſt illud quid, quod intelligit hic Porph. an quid nominis, an quid rei; Dicas, ꝙ intelligit quid nominis, non quid rei de ipſis quinque vocibus, & ꝙ hoc ſit verum: Nota verba textus, dicit enim ꝙ cognitio quinque prædicabilium eſt neceſſaria ad definitiones quid rei quæ non fiunt in logica, ſed in philoſophia modò, ſi ꝑ ly quid deberemus intelligere quid rei, ſequeretur quòd haberemus quid rei, antequam perueniremus ad definitiones quid rei: *Dub.* ſed quæres *Solutio.* quid intelligit per ly (definitionum aſſignationes) quare dixit in numero plurali (definitionum) Nota quòd definitionis ſpecies ſunt tres 1.poſt.64.2.poſt.46. alia quæ eſt principium demonſtrationis. Alia quæ eſt concluſio demonſtrationis; Alia quæ eſt tota demõſtratio poſitione differens, vt ergo innueret ꝙ cognitio quinque Prædicabilium eſt vtilis ad omnes tres ſpecies definitionis dixit in numero plurali, & non in ſingulari, vel Dicas *Alia ſol.* quòd definitio eſt duplex, alia eſt imperfecta, alia eſt perfecta, quæ definitio imperfecta eſt duplex, alia quæ eſt principium demonſtrationis, & hęc datur per cauſam efficientem, vt eclipſis eſt interpoſitio terræ inter ſolem, & lunã, alia verò quæ datur per cauſam formalem vt Eclipſis eſt priuatio luminis in luna: & hæc eſt concluſio demonſtrationis, definitio autem perfecta, quæ vocatur demonſtratio, poſitione differens eſt illa quæ eſt aggregata ex vtraque definitione imperfecta, vt dicendo Eclipſis eſt priuatio luminis in luna, propter interpoſitionem terrę inter ſolem, & lunam, quorum omnium auctor eſt Auer. in quęſitis poſt. c. de definitionibus, vt ergo oſtenderet ꝙ cognitio prædicabilium eſt vtilis ad omnes definitiones, ideo dicit ĩ plurali, & non in ſingulari, & nota hunc paſſum, qm̃ pauci, quos Deus amat Iupiter animaduertunt: ſed, quid per ly (circa) intelligit Porſcias quòd hęc particula habet duo ſignificata, ſ. in recto, & in obliquo, hic non ſumitur in recto, ſed in obliquo, veluti ſumpſit Ar. 1.priorum c.1. nec non 1.poſt.1. ac 1.phy.

1. Dices quid intelligit per demõſtrationem, *Dub.* ſcias ꝙ demonſtratio eſt triplex. 1.poſt.8.&u. *Solutio.* alia, quæ demonſtratio ſimpliciter dicit, alia quæ ꝓpter quid appellatur, alia quæ demonſtratio quia vocatur: in hoc tex. Porph. intelligit omnem ſpeciem demonſtrationis: Sed quare dixit demonſtrationem in ſingulari, & *Dub.* non dixit demonſtrationes in plurali? ſi ſunt tres ſpecies demonſtrationis: Dicas ꝙ nominauit demonſtrationem in genere, & in cõi, *Sol.* ideo dixit in ſingulari demonſtrationem; dixit definitiones in plurali, denotando, quòd vtroq; dicendi modo vti poſſumus: Sed Di- *Dub.* ces quid eſt (demonſtratio?) Reſpondet Ari. *Solut.* 1.poſt.8. dicens, dico, declaro, explico demõſtrationem, nil aliud eſſe, niſi ſyllogiſmum ſcientialem. Dices videtur, Porph. ſuperfluus, *Dub.* nam qñ dixit ad definitionum aſſignationẽ, dixit etiam, & nominauit demonſtrationes, *Solut.* qm̃ definitio eſt demonſtratio. 1.poſt.64.& 2. poſt.46. Ar. Dicas ꝙ licet definitio & demõſtratio ſit idem, tñ ſunt idem re, materia, & ſubiecto. Sed differunt ratione, & fine, & forma: põderatis ergo verbis omnibus conſtrue ſic dicens, O Cryſaori cùm ſit neceſſarium. i. quia neceſſarium. 1. vtile eſt ad doctrinam. i. ſcientiam prædicamentorum Ar. noſſe. i. noſcere, ſcire quid. i. definitionem, generis, differentiæ, ſpeciei, proprij, & accidentis, & ad definitionum aſſignationẽ, & omninò. i. vniuerſaliter ad ea, quę circa diuiſionem, & demonſtrationem. ſ. ſimpliciter, propter, quid, & quia ad totam logicam, & philoſophiam, & ad omnes alias ſcientias. Sed dubitatur, & *Dub.* Prima eſt talis, nam principium operis non debet fieri ab indefinito, ergo male ſe habet Porphy. incipiendo ab indefinito ſuum opus, ꝓbatur, nam hoc principium fit ab ente, ſed ens indefinitum. i. indeterminatum, quia eſt æquiuocum, quod eſt indefinitum; Reſpon- *Sol.* detur ꝙ tribus de cauſſis incepit ſermonem ſuum ab ente: primò. n. qm̃ vniuerſalius eſt quod præponi debet. 1.Phy.4. Secundò elegãtia eloquutionis, magis. n. ſonora eſt loquutio dicere cum ſit neceſſarium, quam dicere cùm neceſſaria ſit. Tertiò vt à generaliſſimis principiũ ſumeretur, ab his enim eſt inchoandum, tunc ad dubium breuiter dico, ꝙ nõ eſt purum æquiuocum, ſed analogum, vt patet ex 4.met.2. Iterum dubitatur, quomodo cognitio quinq; prædicabilium eſt vtilis ad definitiones, ad diuiſiones, & ad demonſtrationes? Dicas qm̃ non entis. i. illius quod non *Dub.* eſt, non poteſt eſſe definitio 2. poſt.32. & qm̃ *Solut.* Porphy. intendit definire ſpeciem, ideo tractat de ſpecie, de re definita, cui' ſpeciei ſũt definitiones. 7.met.27. quæ definitio ſpeciei conſtat ex genere propinquo, & ex differentia ſpecifica 7.met.42.& 43. aliquando verò latet differentia ſpecifica, & loco ipſius vti-

mur

Digitized by Google

mur proprio accidente, 1.poſt.36.2.poſt.20. ideo ait, ꝙ cognitio prædicabilium eſt vtilis ad definitionem, cognitio verò accidentis communis eſt etiam vtilis, tamẽ non ad vſum, ſed ad fugam, non poſitiuè, ſed priuatiuè: eſt etiam vtilis ad diuiſionem, qm̃ id quod diuiditur eſt genus, cuius diuiſio fit in differẽtias aſſentiales, vt animal, quod eſt genus, diuiditur in rationale, & in inrationale, tanquam in differẽtias, dicendo animalis, aliud eſt rationale, aliud inrationale. Aliqñ diuiditur in differẽtias proprias, vt animalis, aliud eſt bipes, aliud quadrupes: Aliqñ in differentias communes, vt animalis, aliud album, aliud nigrum, & ſic habes quõ cognitio Prædicabiliũ eſt vtilis ad definitiones, & ad diuiſiones, ſed quõ eſt vtilis ad demonſtrationes? Nota ex 1.poſt.57. tria ſunt, quæ ingrediuntur demonſtrationem, medius terminus, qui eſt differentia ſubſtãtialis ſeu ſpecifica, teſte Auer. in c. de primitate prædicatorum, minor extremitas, quæ eſt ſpecies ipſa, vel genus, & maior extremitas quæ eſt accidens propriũ, quæ omnia deſeruiunt demonſtrationi; ſine quibus demonſtratio nõ poſſet fieri, cognitio verò accidentis cõmunis ẽt vtilis ad demõſtrationem, tñ non vt illud ingrediatur demonſtrationem, qm̃ 1.poſt.52. accidentium cõmunium non ẽ ſcientia demõſtratiua, ſed talis cognitio eſt vtilis, non ad vſum, ſed ad fugam, vt caueas ab illo, qm̃ nõ deſeruit demonſtrationi, & abijcitur à demonſtratione. exemplum veluti vtile quidem eſt ſcire & cognoſcere inimicum, non vt vtaris illo, vt inſeruias illi, ſed vt cognoſcas illum, & caueas ab illo, ne te offendat, ſic cognitio accidentis eſt vtilis ad demonſtrationem, vt cognoſcas naturam ipſius non eſſe aptam ingredi demõſtrationem, ſed vt fugias ipſum, ne offendat, & impediat ſcientiam demonſtratiuam, qm̃ ſunt inimica talia accidentia communia, nõ deſeruientia demonſtrationi, iõ abijciuntur à demonſtratione, & ſic habes quomodo cognitio Prædicabilium eſt vtilis ad definitiones.

Dubit. Sed Dices, dictum eſt ꝙ cognitio Prædicabilium eſt vtilis ad demonſtrationẽ ſimpliciter, propter quid, & quia, quõ eſt vtilis ad demonſtrationem ſimpliciter?

Solut. Dicas qm̃ differentia ſpecifica deſeruit demonſtrationi ſimpliciter pro medio termino: Species verò, vel Genus pro minori extremitate; Proprium pro quæſito: ad demonſtrationẽ ꝓpter quid, nã differentia deſeruit pro medio termino; Species vel Genus pro minori extremo; Proprium pro quæſito: ad demonſtrationem quia, nam accidens proprium pro medio termino, Species pro minori extremo, Differentia pro quæſito: Sed Dices quõ eſt poſſibile, ꝙ cognitio Prædicabilium ſit vtilis ad demonſtrationem, cũm oĩs demonſtratio conſtet ex conuerſabilibus? Genus enim non eſt conuertibile, non enim valet dicere animal eſt homo, ſicut verũ eſt dicere, homo eſt animal, neque accidens commune eſt conuertibile, vt cignus eſt albus verum eſt, tamen dicere album eſt cignus, eſt falſum; ergo non erit verum quod dicit Porph.

Solutio aliquor. Aliqui dicunt ꝙ Porph. per demonſtrationem intelligit ſyllogiſmum in communi, non veram demonſtrationem, quæ facit ſcientiam. Nos autem dicimus, ꝙ intendit veram demonſtrationẽ, quæ eſt ſpecies ſyllogiſmi, facientem ſcientiam, non autem ſyllogiſmum, qui eſt genus (& qm̃ dictum eſt ſupra) dicamus iterũ quòd genus eſt vtile demonſtrationi, pro ſubiecto, nõ autẽ pro Prædicato, ſimiliter ſpecies, ipſa differentia pro medio termino, Proprium accidens pro quæſito, accidens commune, vt abijciatur, & omninò repellatur à demõſtratiõe, ne impediat ſcientiam demonſtratiuam.

Replica. Sed dices contra, nam Auer. in libro Prædicabilium c.1. vbi aſſerit ſic, & demonſtrationis propoſitionum partes ſunt hæc, prædicta quinque, quam ſententiam cõfirmat in Epilog. c. illo, quod dicitur ſermo de locis definitionis, & in capite de ordinibus, per quos efficiuntur ſyllogiſmi:

Sol. Dicas ꝙ quinque prædicabilia ſi ſunt partes propoſitionum demõſtrationis, nõ ſunt partes poſitiuæ omnes, ſed quædam ſunt priuatiuæ, veluti eſt accidens commune; & quædã poſitiuæ, veluti ſunt genus, ſpecies, differentia, & proprium accidẽs:

Dub. Sed iterum dubitabis, dicens, ꝙ dictum eſt, ꝙ genus non ingreditur, neque eſt vtile demonſtrationi, vt prædicatum, ſed vt ſubiectũ, contranam Auer. in c. de definitionibus, vbi dicit, ꝙ genus eſt concluſio demonſtrationis; ergo eſt prędicatum, & vt prædicatum deſeruit demonſtrationi:

Sol. Dicas ꝙ ibi verba Auer. intelligũtur ſic .ſ. genus eſt concluſio demonſtrationis, non verè genus, quod eſt prędicatum non proprium, neq; conuertibile, vt eſt animal: ſed id quod tenet locum generis in definitione perfecta, .i. eſt proportionale generi, veluti diximus in noſtro quæſito de medio demonſtrationis: vel poteſt dici ꝙ genus eſt concluſio demonſtrationis. i. eſt ſubiectũ concluſionis, non autem prædicatum: Sed dices contra, nam Auer. 2.poſt.94. ait ꝙ genus abſoluitur per demonſtrationem, & loquitur de genere verè dicto, quod eſt animal: Soluas ꝙ Au. ibi intelligitur ſic .ſ. genus abſoluitur per demõſtrationem æquiuocè dictam. i. per ſyllogiſmum, non autem per demonſtrationem analogicè vocatam.

Dubit. Amplius vnde eſt ꝙ Porphy. alio ordine vtitur in prologo, alio in tractatu, non enim videtur ſtabilis nã in prologo, primò nominauit genus, ſecundò differentiam, in tractatu verò primò tractauit de genere. Secundò de ſpecie, & non de differentia

Digitized by Google

tia varius ergò videtur in dictis ſuis: Dicas
Solutio. **ꝙ regula eſt Ar. 1. phy. 4. & 57. quæ eſt talis,**
ꝙ vniuerſaliora debent proponi minus vni-
uerſalibus,& cum differentia ſit vniuerſalior
ſpecie, qm̄ rationale quod eſt differentia con
tinet ſub ſe plus quam ſpecies i. homo, ratio-
nale enim continet angelum, & hominē ſpe-
cies verò vnum tantum continet .ſ. hominē;
vnde Porph. ſequutus eſt ordinem doctrinæ
in hoc prologo, prius nominando differentiā
deinde ſpeciem, in tractatu verò alium ordi-
nem ſeruauit, nam prius conſiderauit de ſpe-
cie, deinde de differentia, qm̄ inſpexit corre-
lationem atq; immediationem, quam habet
ſpecies ad genus, qm̄ relatiuorum natura
atq; priuilegium eſt, ꝙ vnum immediatè ſe-
quatur alterū, cùm ergo genus,& ſpecies ſint
relatiua: meritò Por. duplici ordine doctrinę
vtens, altero in prologo, qui eſt ab vniuerſa-
libus; altero in tractatu, qui eſt ex relatiuo-
rum natura, voluit ꝓponere differentiā ſpe-
ciei, in tractatu verò voluit collocare ſpeciē
Dub. ante differentiam: Sed quare Porph. ordinā-
do prædicabilia, primò collocauit genus, &
differētiam, vltimo poſuit proprium,& acci-
dens? Dicas qm̄ genus, & differentia com-
Solutio. plent ſubſtantiam, dicunt ſubſtātiā, ſunt præ-
dicata ſubſtantialia, & ponuntur in ſubſtātia
.i. in definitione rei; Proprium autem,& acci-
dens non dicunt ſubſtantiam, non conferunt
ſubſtantiæ, ideo vltimo loco fuerunt poſita:
Rurſus nota, ꝙ ex ſubſtantialibus primo loco
prępoſuit genus, 2. differentiam. 3. ſpeciem,
quia vniuerſaliora (vt dictum) genus .n. vni-
uerſalius eſt differentia,& ipſa quoq; differē-
tia eſt vniuerſalior ſpecie. Ex accidentalibus
primo præpoſuit propriū, qm̄ eſt proximius
ſubſtantiæ, uam qn̄ latet vltima differentia,
quæ eſt ſubſtantia, vtimur loco ipſius proprio
accidente, 2. poſt. 20. & cum accidens cōmu-
ne ſit à ſubſtātia remotiſſimū, ideo poſtremo
Dub. loco fuit collocatum. Sed quæres, qua de cau-
ſa illa quæ dicunt ſubſtantiam vt genus, dr̄a,
& ſpecies præcedunt illa, quæ dicunt, & ſunt
Sol. accidentia? Soluas cum Ar. 7. Met. 4 vbi aſ-
ſerit, ꝙ ſubſtantia eſt prior accidente tēpore,
natura, cognitione, & perfectione: Sed dices
contra, nam accidentia ſunt notiora ſubſtan
Dub. tia, ideo prius debebat præponere illa, quæ
ſunt accidentia, veluti eſt proprium,& acci-
dens, & vltimo genus, differentiam,& ſpeciē;
Soluas quod ordo eſt duplex, quidam eſt or-
Sol. do nobilitatis, quidam eſt ordo notioritatis:
Dicas ꝙ verum eſt, ꝙ accidentia ſunt notio-
ra ipſa ſubſtantia, & ſic ordine notioritatis
deberent precedere, ſed Porph. vſus eſt ordi-
ne nobilitatis, prius præponendo illa, quæ di-
cunt ſubſtantiam,& vltimo ea, quæ ſunt acci-
dentia: Sed inſtabis nam mos eſt Ar. illa quę
Replica ſunt nobiliora, vltimo loco pertractare velu-
ti in 2. poſt. de definitione in 8. phy. de primo
motore in 3. de anima, de intellectu in 12. *Sol.*
met. de Deo glorioſo, ergo Porphy. ſequens
Ar. debebat vltimo loco ſituare genus & dif-
ferentiam, ſpetiemq; & primo loco propriū,
& accidens. Soluas dicens, ꝙ non ſemp mos
eſt Ar. & ordo obſeruatus, ea quæ ſunt nobi-
liora vltimo loco reponere, ſed aliquādo pri-
mo loco, in prædicamentis enim primo de
ſubſtantia, in libro peryhermenias primo de
nomine, in primo libro priorū primo de pri-
ma figura, in 1. poſt. primo conſiderat de de-
monſtratione ſimpliciter, deinde de propter
quid, & quia, in 2. de anima primo de ſenſu
viſus, qui omnibus ſenſibus eſt nobilior; cū er
go non ſemper ſit mos Ar. vltimo loco illa,
quæ ſunt nobiliora pertractare. meritò neq;
Porphyrius debebat vltimo loco illa, quæ ſūt *Dub.*
nobiliora præponere: Iterum dubitabis qua-
re Porph. præpoſuit definitionem ipſi diuiſio-
ni, cùm diuiſio præcedat definitionem, vt pa-
tet ex Auer. in Epit. log c. de diffinitionibus; *Solutio.*
Soluas qm̄ propoſitū, atque intentio Porphy-
rij eſt aſſignare definitiones quinque vocum
ideo propoſuit definitionem ad diuiſionem,
& ad demonſtrationem: Iterum dices, quare *Dub.*
non nominauit reſolutionem, ſicut nomina-
uit definitionem, diuiſionem, & demonſtra-
tionem? Soluas qm̄ cognitio horum Prędica-
bilium potiſſimum eſt vtilis ad definitionem, *Solut.*
diuiſionem, & demonſtrationem,& nō ad re-
ſolutionem, Vel dicas, qm̄ definitio conſici- *Alia ſo-*
tur ex diuiſione, ſicut compoſitum ex ſimpli- *lutio.*
cibus, ſed compoſita. 1. Phy. 3. ſunt priora, &
notiora quoad nos 1. poſt. 12. Ideo propoſuit
definitionem ad ipſam diuiſionem. Amplius *Dub.*
dubitatur, ſi quatuor ſunt partes dialecticæ,
.ſ. definitiua, diuiſiua, demonſtratiua,& reſo-
lutiua; dum dicit Por. iſtarum quinque vocū
notitiam vtilem, ac neceſſariam exiſtere ad
viam diuiſiuam, definitiuam, demonſtrati-
uamq; & tacuit reſolutiuam, cùm viæ reſolu-
tiuæ proprium ſit cōpoſita in ſimpliciſſimas,
ex quibus conſtat partium rationes reſolue-
re, vt cùm Syllogiſmū in propoſitiones, pro-
poſitiones in terminos diſſoluimus; Plures
ſunt reſpondendi modi, & Primo quod illa- *Alia ſo-*
rum trium ſolùm facta eſt mentio, quia ad il- *lutio.*
las potiſſimùm vtilis eſt harum cognitio vo-
cum, demonſtratio enim fit ex definitioni-
bus, definitiones ex diuiſionibus, diuiſio-
nes verò ex generibus in ſpecies per pro- *Alia ſo-*
prias deductis differentias. Alia ſolutio eſt, *lutio.*
quare meminit Por. iſtarum trium,& non re-
ſolutiuæ, quia illæ tres ſunt in vicem colliga-
tæ, definitiua enim pars diuiſiua indiget, at
vtraq; demōſtratiua, reſolutiua vero nullius,
ſed per ſe ſola ſeparata, ac ſeiuncta eſſe vide-
tur, Alia ſolutio eſt, pro qua ſciendum, ꝙ pars *Alia ſo-*
reſolutiua eſt contraria diuiſiuæ, id eſt, reſo- *lut.*
lutio

Digitized by Google

lutio eſt cōtraria diuiſioni, nam reſolutio reſoluit vnum in plura, ſicut qui hominē in mēbra, reſoluit illa in humores, illos in elemēta, illa verò in materiam, & formam: diuiſio aūt ex pluribus deſinit in vno, qui diuidit .n. dicit animalium, aliud bipes, aliud quadrupes. Bipedum aliud ſolo ſenſū agitur, aliud ratione: Amplius diuiſio à ſimplicioribus ad cōpoſita, reſolutio à cōpoſitis ad ſimpliciora. Reſolutio eſt etiam contraria definitioni, nā reſolutio eſt ſubſtantiæ demolitio. Definitio verò eſt ſubſtantiæ fabricatio: Amplius ſi reſolutio eſt contraria diuiſioni, ergo et definitioni, conſequentia probatur, nā definitio ſine diuiſione fieri non pōt. Reſolutio eſt etiā contraria demonſtrationi: quia ſi eſt contraria definitioni, & diuiſioni; ergo & demōſtrationi; ꝓbatur conſeqūtia, nā demōſtratio ex vtraque cōficitur, definitione .ſ. & diuiſione: His ergo præcognitis, ad Dubiū dico, ꝙ Por. prætermiſit reſolutionem, nam cognito vno contrariorū, cognoſcitur & reliquum, nā veluti idem eſt accliue, & decliue, & non niſi ſolo habitu differunt, ita reſolutio, & compoſitio: nam reſolutio eſt, à compoſitis ad ſimplicia progreſſus, compoſitio eſt à ſimplicibus ad compoſita: Simplicia enim componimus, & compoſita reſoluimus.

Vtili exiſtente iſtarum rerum ſpeculatione cōpendioſam tibi traditionē faciens: tentabo breuiter, velut introductionis modo, ea quæ ab Antiquis dicta ſunt aggredi.

Poſtquàm dixit intentionē, & cauſam intentionis, quæ intentio eſt tractare de quinq; vocibus, tanq̄ de ſubiecto huius libri, & cauſa intentionis eſt propter hanc vtilitatem .ſ. propter doctrinam prædicamentorum Ar. & ꝓpter aſſignādas definitiones, diuiſiones, & demonſtrationes, quæ vtilitas eſt quadruplex. Prima (vt dictum) ad Ar. pñta, Secunda ad integram definitionum aſſignationem. Tertia ad rectam diuiſionum perſpectionem. Quarta ad veraciſſimam demonſtrationē concluſionum; In hac 3. parte text. intentio ſua eſt præponere modum conſiderandi, ſeu modum procedendi, dicens ꝙ vult compendioſè, & breuiter modo compendij, & ſub breuitate procedere in definiendis, & tractandis his quinque Vocibus: cauſa intentionis, quare vult breuiter, & compendioſè procedere, hęc eſt, qm̄ tria ſunt illa, quæ exhortātur iuuenes ad legenda veterum volumina: Primum eſt dictorum longitudo: 2. eſt obſcura oratio: 3. eſt reconditarum, & difficilium ſentētiarum magnitudo; Porph. ergo alliciens ad ſe auditorem, libellum hunc ab omnibus his abſentem pollicetur; & Primum quod polliceri videtur eſt, ꝙ vult eſſe breuis, non afficiens faſtidio auditores, propter nimiam prolixitatem: Aggreditur ergo, & dicit vtili exiſtente iſtarum rerum ſpeculatione .i. cūm ſit vtilis ſpeculatio .i. noticia iſtarum rerum .i. quinque Prædicabilium compendioſam tibi traditionem .i. tractatum breuē, & vtilē faciens, tentabo breuiter (velut introductionis modo) ea quæ ab antiquis dicta ſunt aggredi, & nota illam particulam, qñ dixit vtili exiſtente, dixit (vtili) oſtendendo ly neceſſariū poſitum in principio, quod debet exponi vtile, ex quibus omnibus iam clare patet Porp. velle euitare prolixitatem in illis verbis, qñ dixit tentabo breuiter cōpendioſam tibi traditionem faciens, velle etiam euitare obſcuritatem, qñ dixit velut introductionis modo, ſed, quid nā intelligit per ly tentabo, quo verbo vſus ē Ari. 1. Phy. 1. & 2. de anima 12. quod verbū denotat modeſtiam, nā poterat dicere Por. dabo ꝑfectam noticiam quinq; Prædicabilium; ſed qm̄ fuiſſet nimis arrogās pollicitatio, ideo dixit tentabo, vtens modeſtia .i. conabor .i. vltimas vires faciam breuiori, & faciliori modo, quo poſſit hæc quinque Prædicabilia declarare, ne tirones in facultate logices deterream; Sed dubitatur, quare Porp. primo ꝓpoſuit ſubiectum deinde vtilitatem? Dicas, ꝙ nullus erit, qui aliquē librum pōt intelligere, niſi, quæ ipſius intentio ſit, exactè præcognouerit, dicit .n. Alexander Aphrodiſienſis, illi qui libri intentionem ignorant, ſimiles ſunt his qui iter faciunt, & quo tēdunt, neſciunt: in multos, & meandros, & labyrinthos intercidunt: nec qui intentionē libri cognoſcit optimè librum perlegit, niſi vtilitatē animaduertit, ideo Por. ꝓponendo ſubiectū, ꝓpoſuit et vtilitatē, ex illo ſubiecto ꝓuenientem, nam ex vtilitate ſequitur admiratio, ex admiratione inquiſitio, & ex inquiſitione ſequitur cognitio, eoq; magis, qm̄ mos, atque vetus cōſuetudo Ar. ē in quibuſcūq; ſuis operibus ſemp præponere ſubiectum, de quo pertractare intendit, nam in logica, tum etiā in naturali philoſophia in libro .n. Peryhermenias c. 1. præpoſuit nomē, & verbum, in Libro priorum ca. 1. præpoſuit ſubiectum, qñ dixit primum oportet dicere circa quid, & cuius, qm̄ circa demonſtrationem gratia ſcientiæ demonſtratiuæ, in 1. libro priorum c. 1. qñ dixit Primum igitur dicendum quid eſt Syllogiſmus, verum etiam in 1. Phy. text. 1. manifeſtum, ꝙ quæ ſunt circa principia de natura primùm determinare tētandū in tertio phy. de motu: in 1. de generatione præponens ſubiectum, ait de generatione autem, & corruptione eorum, quæ natura generantur, & corrumpuntur, in 1. libro meteororum, ca. 1. ait reliquum autem huius methodi ē, adhuc conſyderandum, quod omnes priores meteorologiam vocabant, in 1. de anima tex. 1. inqt, Dub. Sol.

propter

Digitized by Google

propter vtraq; hæc animæ hiſtoriam rationabiliter vtiq; in primis ponemus, in 3. de anima tex. 1. aſſerit, de parte aũt animæ qua cognoſcit anima, & ſapit: patet ergo inductione facta in libris logicalibus,& naturalibus ſemper ſubiectũ tractandum præponi ab Ar. Porph. ſui præceptoris imitator, voluit in hoc ſuo libello primùm præponere ſubiectũ, .ſ. quid ſit Genus, quid Diffrentia, quid Species, quid Proprium, & quid Accidens, Sed dices, ſi præcognitiones in principio cuiuſcũq; libri præponendæ, atq; declarandæ numero ſunt octo, teſte Auer. in 1. Phy. in prologo ſubiectum nempè, vtilitas ordo diuiſio. ꝓportio, nomen libri, via doctrinæ,& nomen auctoris, quare Ar.& Por. primo loco præponũt ſubiectum & nõ aliquam aliarum præcognitionum? Soluas, dicens ex 3. cæli 6.7. met. 23. & Galenus in lib. de conſtitutione artis, quælibet ars in faciendo, ſimiliter in agendo, & docendo ordinatur ex fine præcognito, quẽ intendimus docere & agere, tamen quia omnia reliqua ad intentionem ordinamus, viam doctrinæ, ordinem doctrinæ, diuiſionem, vtilitatem,& alia, iuxta illam intentionẽ. Quare meritò illud primò .ſ. ſubiectum cognoſcẽdum: Iterum Dubitabis, quare Porph. præponit prædicabilia ad prædicamenta? Soluas, qm̃ pñtum conſtat ex ordinata collectione plurium prædicabilium, ſecundum ſub & ſupra, in recta linea prædicamentali; & à latere. In recta quidem ordinantur genera, & ſpecies, vſque ad ſpecialiſſima: à latere autẽ ordinantur differentiæ, vt manifeſtum eſt in quolibet pñto, ergo neceſſe eſt præcognoſcere quid genus, & quotuplex genus, & quid ſpecies,& differentia,& quotuplex ſpecies,& differentia: Amplius in quolibet pñto ſunt quædam propria, quæ diſtinguntur contra communia, & ſe habent vt accidentia, ergo neceſſe eſt cognoſcere quid propriũ, & quot modis dicitur, idem dico de accidente, aliter eſſet impoſſibile ſcientiam habere de prædicamentis, maxima ergo cum ratione, præcedit librum de prædicamentis.

Dub.

Solutio.

Dub.
Sol.

Altioribus quidem quæſtionibus abſtinens. ſimpliciores verò mediocriter coniectans.

Cùm inſuperiori parte tex. præpoſuit modũ conſiderandi, ſeu ꝓcedendi in perſcrutandis his quinque Vocibus, dicens, ꝙ breuiter, & cõpendiosè eas ꝑtractaturus eſt, in hac parte tex. volens hortari auditores, aſſerit, ꝙ nõ vult facere altas, difficiles,& arduas quęſtiones, ſicut faciunt alij, excuſando ſe à modo quem alij ſequntur ſed vult abſtinere ab illis, faciens illas tãtùm quæſtiones, quæ ſunt ſimpliciores .i. faciliores, quæ ſine difficultate, à nouitijs ꝑcipi poſſunt: dicit ergo Porphy. altioribus quidem .i. difficilioribus quæſtionibus .i. difficultatibus abſtinens, ſimpliciores, .i. faciliores verò mediocriter .i. ꝓbabiliter cõiectans .i. conſiderans. Sed quæres, quid intelligit per altiores quæſtiones? Dicas ꝙ intendit eas, quæ traſcendunt negotiũ Logicũ, & non ſunt quæſita Logica, ſed altiora .i. ꝑtinentia ad altiores artes .ſ. ad Metaph. & per ſimpliciores intendit ea, quæ de iſtis quinq; ad Logicum pertinent, quæ ſimplices nuncupantur reſpectu aliarum,& ſic dicit velle abſtinere ab his quæſtionibus altis .i. Methaphiſicis, ſed tm̃ vult conſiderare, & perquirerè quæſtiones ſimplices .i. logicas, ad Logicum, non aũt ad methaphiſicum pertinentes.

Dub.
Sol.

Mox de generibus & ſpeciebus, illud quidem ſiue ſubſiſtant, ſiue in ſolis nudis intellectibus poſita ſint. Et ſiue ſubſiſtentia corporalia ſint, an incorporalia: Et vtrum ſeparata, an in ſenſibilibus poſita: & circa hæc conſiſtentia, dicere recuſabo.

Cùm aſſeruit velle abſtinere ab altioribus, difficillimis, atq; perarduis quęſtionibus, nũc explicat particulariter, quæ ſunt illę altiores quæſtiones, à quibus vult abſtinere, qm̃ (vt dictũ eſt) tria ſunt quæ iuuenes exhortantur ad legenda veterum volumina: Primũ eſt dictorum longitudo. 2. obſeruatio: 3. eſt recondita rũ,& difficiliũ ſententiarum magnitudo, Por. alliciens ad ſe auditorem: libellum hunc ab omnibus his abſentem pollicetur, dicens ſuã intentionem non eſſe altas, & difficiles quæſtiones examinare; Diuiditur iſte tex. in tres partes in prima, ibi (mox de generibus) nominat, atque explicat quæſtiones difficiles, à quibus vult abſtinere, in 2. ibi (altiſſimum) aſſignat cauſam, ꝓpter quam vult abſtinere ab his quæſtionibus in 3. ibi (illud verò quem admodum) aſſignat ꝓprium modum conſiderandi quinq; vniuerſalia: quantum ad primũ dicit Porph. Mox .i. ad præſens quęſita ardua, difficilia,& alta, quæ de generibus,& ſpeciebus fiunt, ſi tu neſcis, quæ ſunt,& quot ſunt,& quomodo nominantur, q. d. Porph. hæc ſunt, & illud .ſ. eſt primum, ſiue .i. an genera,& ſpecies ſubſiſtant .i. exiſtãt in rerum natura extra intellectũ, ſiue .i. an ſint poſita in ſolis nudis intellectibus .i. an ſint aliquod figmentum exiſtens in mente, ſeu in intellectu ſolùm, nudo & puro,& non extra intellectum? 2. quæſitum difficile eſt, & ſi genera, & ſpecies ſunt in rerum natura: vtrũ ſunt corporalia .i. corpora an incorporea? 3. quæſitum, vtrum ſeparata, an in ſenſibilibus poſita .i. vtrum genera,& ſpecies ſint poſita in ſenſibilibus .i. in rebus ſingularibus, indiuiduis, quas ſenſu ꝑcipimus, an ſunt ſeparata ab iſtis rebus indiuiduis ſingularibus (& circa hæc conſiſtentia .i.&

Diuiſio tex.

Digitized by Google

.i. & alia quæſita conſiſtentia.i.contingentia circa hęc.ſ.genera & ſpecies dicere recuſabo.

Altiſſimum enim eſt huiuſmodi negotium, & altioris maioris indigens inquiſitionis.

Poſtquã dixit velle abſtinere ab altis,& difficilibus quæſtionibus,nec non explicauit,quę ſunt illæ altiores quæſtiones: nunc in hac ſecunda parte tex.intendit reddere cauſã quare vult abſtinere à talibus ꝓdificilibus quæſtionibus,& dicit,ſed,Nota ꝙ ly(enim)eſt ſignũ redditiuũ cauſæ,q.d.ideo recuſabo iſtas quæſtiones,& ab illis abſtinebo,qm̃ huiuſmodi negotiũ .i. facere tales quæſtiones,ẽ quoddã negotiũ altiſſimũ.i.eſt quidam labor,qui à Logicis ſubferri nõ põt,& ideo dicitur negotium altiſſimũ q̃a eſt de rebus altiſſimis ſubtilib⁹ veluti ẽ opus Metap.qđ tractat de Deo glorioſo, & intelligentijs,rebus quidem præcioſiſſimis, difficillimis, atq; altiſſimis, quæ ideo ſunt altiſſimæ,qm̃ ſunt prima entia vniuerſi,& in loco altiſſimo,qui locus ẽ cælũ:vnde ſcientia ſumit nomen à ſubiecto, ſubiectũ eſt altũ,præcioſum ac nobile,non ſecus ſciẽtia illius rei,ẽ alta p̃cioſa,atq; nobilis,& quãto magis ſubiectum eſt altius, tãto magis & ſcientia illius ſubiecti,& quãtò maximè ſubiectum eſt altiſſimũ:tanto magis ſcientia ẽ altiſſima,ꝑ regulam topicã, ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter,ſic ſe habet magis, ad magis,& maximè ad maximè,vt ſi ſubiectũ ẽ nobile,ſcientia ẽ nobilis;ſi ſubiectũ eſt magis nobile ſciẽtia ẽ magis nobilis; ſi ſubiectũ eſt maximè nobile,ſciẽtia erit maxime nobilis, (& altioris,maioris indigẽs inq̃ſitionis).i.& facere hmõi quæſtiones nõ ſolum eſt negotiũ altiſſimum,& .i.ſed ẽt indigens maioris inq̃ſitionis .i. conſiderationis, atq; perſecutionis,quæ inquiſitio, ſeu conſideratio, atq; perſecutio non eſt logica, neq; naturalis,ſed ſupranaturalis.i. Methaſiſica.

Illud verò, quemadmodũ de his ac de propoſitis magis ꝓbabiliter antiqui tractauerunt, et horũ maximè Peripatetici, tibi nũc tẽtabo mõſtrare.

Cum in ſupiori parte tex.aſſignauit cauſam, ꝓpter quam vult abſtinere ab altis quæſtionibus,qm̃ eſt negotium altiſſimũ,& ſup̃mum excedens vires logicas:nunc intẽdit aſſignare ꝓprium modum conſiderandi quinq; vniuerſalia,ſub quo cõſiderare intendit,& dicit: O Chryſaori nunc in hoc libello tẽtabo,i.vires meas faciã:mõſtrare.i.declarare tibi;quẽadmodum.i.eo mõ,quo de his.ſ.generibus,& ſpediebus,ac de ꝓpoſitis,id eſt in primo tex. .ſ.de Differentia,Proprio,& Accidente, quæ fuerũt ꝓpoſita in principio huius cap.magis ꝓbabiliter.i.Logicè,non Theologicè, & Methaphiſicè,antiqui tractauerunt,& horũ maximè Peripatetici qm̃ ex omnibus qui de his tractarunt logicè, quàm maximè diligentes fuerunt,Antiqui Peripatetici,& ꝑ Peripateticos, intellige Platonicos.& Ariſt. qm̃ qui cũ Platone erant erant in achademia à deãbulãdo ſunt Peripatetici dicti; Mortuo Platone ſucceſſit Ar.in Liceo,& Zenocrates in academia,qui Ari.ſecuti Peripatetici, ex Liceo dicebãtur,qui Zenocratẽ Peripatetici,ex achademia;demum abſoleta loci cognominatione,Ariſtotelici dicti ſunt Peripatetici:Zenocratici verò,abſoleta actionis cognoĩatione, achademici dicti ſunt.Sed dubitabis,ſi Prædicabilia nũc ſunt quinq; numerata à Por. initio huius cap.gen⁹ nẽpè,Species,Differẽtia, Propriũ,& Accidens:quare in hoc tex. noſauit duo tm̃, qñ dixit mox de Gnerib⁹,& Speciebus,& nõ explicauit Differentiã,Propriũ, & Accidens?Reſpondent Aliqui,& dicunt,ꝙ Antiqui Peripatetici ſo ũ de Genere, & Specie illas quæſtiones expreſſerunt,q̃a Gen⁹, & Species p̃dicantur in quid, & dicũt totũ:alia aũt p̃dicabilia prædicantur in quale,& dicũt partẽ ideo genus,& ſpecies videntur habere quandam rationem eſſendi ꝑ ſe: Differentia verò Proprium,& Accidens habẽt rationem eſſendi in alio, ideò non ita conuenienter de his tribus,ſicut de genere,& Specie,quæritur vtrum per ſe exiſtant,aut non,& vtrum ſint in ſẽſibilibus,aut ſeparata ab illis,vel Aliter dicendum,& melius,& ſi Porp. expreſſit ſolùm Genus,& Speciem: tñ implicitè alia intellexit,,ex quo ad hæc duo reducũt: Differẽtia .n.ẽ potentia in Genere,& actu in Specie;cũ ſit diſpoſitio aduenięs generi,& cõſtituat ſpeciem, tanq̃ partem eius: Proprium verò ẽ in genere,& ſpecie ꝑ ſe,tanq̃ fluẽs à natura illorũ;ſed accidens eſt in illis ꝑ accidens,ratiõe indiuidui,hæ ſunt duę ſolutiões,quæ licet ſint veræ, & adaptari poſſunt tñ dicerem multò melius,iudicio meo ꝙ Porph.ideo hic nominauit genera tm̃, & ſpecies, & non alia prædicabilia:ſeruans ordinẽ breuitatis, & ne eadem totiẽs repetere videatur, quem quoque breuitatis ordinem,ſeruauit in principio tractatus,qñ dixit'videtur aũt neq; genus, neq; ſpecies ſimpliciter dici:Sed dices tu,ſi fuiſſet amator breuitatis,nominaſſet genera ſolùm, dicens mox de generibus,& nõ dixiſſet, mox de generibus, & ſpeciebus: Dicas ꝙ hoc non ſtetit ꝑ ipſum nominare genera tm̃:tñ fuit coactus ex natura rerum,noĩare,genera,& ſpecies,qm̃ ſunt relatiua,quorũ priuilegiũ ac natura eſt,ꝙ noĩato vno debet exprimi,atq; nominari reliquũ;& qm̃ genera, & ſpecies ſunt relatiua,teſte Por.in cap.de ſpecie,meritò,& rationabiliter ſeruãs vtrumq; ordinem.ſ.breuitatis, & relationis fuit coactus noĩare non genera ſolùm,neq: ſpecies ſolũ,ſed coniũ-

Dubit. *Solut.* *Alia ſolutio.* *Alia ſo.* *Dub.* *Solut.*

ẽim vtraq; & genera, & ſpecies dicẽdo mox de generibus, & ſpeciebus, ad inuicem relatiuis. Amplius dubitatur ex Ari. 2. poſt. 1. vbi aſſerit quęſita, quæ naturali deſiderio ſciri ab omnibus deſiderãt, numero eſſe quatuor, duo ſimplicia vt ſi eſt, & quid eſt, duo verò compoſita, vt quia eſt, & ꝓpter quid eſt: quarè Porphy. hic exprimit duo tantùm. ſ. primum, & ſecundum non alia? dicit enim, ꝙ vult abſtinere ab his quæſtionibus, vtrū genera, & ſpecies ſubſiſtant per ſe, aut ſint ſolùm in intellectu; & vtrum ſint corporea, vel incorporea; & vtrum ſint in ſingularibus, an ſeparata: prima quęſtio eſt de exiſtẽtia generis, & ſpeciei: aliæ duæ ſunt de quiditate ipſius: Soluunt, ꝙ quæſtio ſi eſt, & quid eſt reſpiciunt ſubiectū, ſunt de ſubiecto, quæſtio autem quia, & ꝓpter quid reſpicit paſſionem: & qm̃ in libro ipſe eſt determinaturus de proprietatibus, & paſſionibus quinque prædicabilium; ideo nominauit quæſtiones, à quibus vult abſtinere, & non eas, à quibus non vult abſtinere.

Dub. aliorũ.

Sol. aliorũ.

Tex. 3. *Videtur autem neq; genus, neque ſpecies ſimpliciter dici.*

Pro continuatione huius tex. eſt notandū illud præceptum Ar. ſupra declaratum, ꝙ quicumq; artifex rõnalis, quicqd facit, agit, aut docet, nõ põt id agere, facere, aut docere, niſi duobus motibus vtatur; quorū primus reſolutiuus appellatur, alter verò cõpoſitiuus, factiuus, ſeu exequutiuus, vocatur, veluti notatū reliquit Ar. 7. Met. 23. primus, qui dicitur reſolutiuus fit in ꝓlogo libri, ſecundus aũt, ꝙ executiuus appellatur, fit in tractatu, quo ſtãte, continuetur iſte tex. hoc pacto: poſtq̃ Por. compleuit ꝓlogum, in quo vſus eſt motu reſolutiuo, in quo præpoſuit ſubiectū, & numerum ſubiecti, dicens eſſe quinq; prædicabilia numero, genus nepè, dr̃iam, ſpeciẽ, Propriū atq; accidens, & vtilitatem, & modum conſiderandi ſubiectū: Nunc incipit tractare, exequi, & ordinatè declarare ſubiectū, & numerū ſubiecti, vtens ſecundo motu, qui exequutiuus vocatur, & qm̃ ſubiecta præpoſita in ꝓlogo ſunt quinq; & primo loco fuit numeratum genus, ideo de genere primò conſiderat: hæc eſt intentio vniuerſalis totius capituli: intentio verò particularis pſentis tex. eſt declarare, ꝙ genus non dicitur vno modo, ſed pluribus modis, & numerat primã generis ſignificationem. diuiditur ergo iſte tex. in tres partes, in prima ibi (Videtur aũt) oſtendit, ꝙ genus non dicitur vno mõ, ſed pluribus modis, ſimiliter & ſpecies: In 2. ibi (genus .n. dicitur) nominat primã generis ſignificationẽ: In 3. ibi (ſecũdū quã) exẽplo, more ſuo exemplificat hanc primã ſignificationem generis, dicit ergo Porph. O Criſaori ſcias, ꝙ genus non dicitur vno modo, neque ſpecies dicitur vno modo, ſed pluribus modis, ideo antequã deſcribã atq; definiã ipsū genus, oportet diuidere hoc nomen. ſ. genus in ſua ſignificata, deinde accipiem⁹ ſignificatū illud, de quo loqui intendimus ſemꝑ ſeruando regulã Ar. 1. cæli 110. vbi inquit ꝙ nomen æquiuocum, & multiplex ſemꝑ prius ẽ diuidẽdū in ſua ſignificata, qm̃ æquiuocatio plerūq; obſcuritatẽ, atq; errorẽ generat, cùm aliã, qui doceat, aliã qui audiat eiuſdẽ nominis ſignificationẽ, accipiat, vt de cæleſti cane quis docere volens, dicat canis, niſi prius dixerit, de quo canẽ loquatᷣ, errorẽ in animo auditoris efficiet: oẽs igitᷣ canis ſignificationes numerare oportet, alius. ſ. cæleſtis, alius terrenus, alius marinus ẽ; dicat deinde, de cęleſti ſermo eſt: ſic Porph. more Philoſophorū ꝓcedens oẽs generis ſignificationes cõnumerat vltimo, de quo genere loquatur, declarat: Sunt modo ponderãda verba tex. & primò quid intelligit per ly (videtur) Nota, ꝙ habet multa ſignificata, & primò ſumitᷣ, ꝓ vt dicit apparentiam, & non exiſtentiam, veluti ſunt quidã hoĩes, qui volunt apparere, & nõ eſſe, volũt denoĩari, exaltari, & gloriari gloria magna, ſine labore, & faſtidio volũt dici ſcientes, abſq; qđ ſint digni, dici ſcientes, vt aurū pigmentū dicitᷣ, apparet aurū tñ non ẽ aurum: Alio mõ ſumitur, ꝓut dicit imaginẽ, vt dicerẽ, paries videtur albus: Alio modo ꝓut ſignificat opinionẽ, vt ſi dicerẽ, ita mihi videtur in hoc dicendum. i. hæc eſt opinio mea: Alio mõ ſignificat communem opinionẽ, vt ſi dicerẽ: ſic videtur omnibus. i. hæc eſt communis omnium opinio: Alio modo ꝓut idem ſignificat, ꝙ conuenit, vt ſũpſit Ar. 2. de anima 21. Alio mõ ꝓ certè, ſine dubitatione, vt dicit veritatẽ, & certitudinem in rebus veris, & famoſis, dicẽs cõfirmationem. 1. de anima 19. quo ſtante dicas ꝙ Por. hic accipit ly videtur pro certè, ꝓut dicit certitudinem ſine dubio, vt dicit veritatẽ, quia ſic eſt: qm̃ omnes Phi. affirmant ꝓ vero, ꝙ genus non videtur dici. i. non dicitur ſimpliciter. i. vno mõ, ſed dicitur pluribus modis. Amplius quid intelligit ꝑ ly (aũt) in quo debes ſcire, ꝙ aliqñ ſumitur pro ſed, veluti ſumpſit Ar. 1. Phy. 2. aliqñ, ꝓut eſt nota diuiſionis, vt 1. de aĩa 84. & 3. de anima 16. aliqñ ſumitur ꝓut eſt nota continuationis, & præſertim in principio librorū, qui continuantur cum præcedẽtibus, aut in initijs textuū pſuppónentium præcedẽtes, vt in 1. libro de gen. & corr. qui incipit de gñe autem, & corruptione etiam ſumitur in principio 3. de anima, vbi incipit, de parte autem animæ; dicas ergo, ꝙ hic accipitur ꝓut eſt nota continuationis: Sed quid per ly (dici) Nota ꝙ aliqñ ſumitur ꝓ prædicari, vt animal dicitᷣ de homine, ideſt prædicatur de homine, veluti in cap.

Cõtinuatio.

Diuiſio tex.

Digitized by Google

de ſubſtantia ſumpſit Ariſt. ſumitur dici,pro nominari,veluti in eodem cap. de ſubſtantia ſumpſit Ar.qn̄ dixit ſubſtantia propriè,principaliter, & maximè dicitur, .i. nominatur. hic ſumitur pro nominatur.quid per ly (ſimpliciter) multis modis ſumitur, & primo modo vt dicit communitatem, & vniuerſalitatem,vt 2.Phy.61.Alio modo ſumitur pro cõmuni ad id quod eſt ꝑ ſe, & per accidẽs,vt 8. Phy.46.primus motor,non mouetur ſimpliciter,ideſt neq; per ſe, neq; per accidens .i. neq; eſſentialiter neq; accidentaliter: Alio modo prout diſtinguitur contra ſecundum quid: Alio modo.i.ruditer & inconſideratè. Alio mō.i. naturaliter,1.Phy.2.& 1.poſt.12. Alio modo.i. vniuerſaliter. 1. Phy. 61.& 1. poſt.42. Alio modo.i.propriè. Alio modo ſumitur vt diſtinguitur contra per accidens.1. Phy.75. Alio modo.i.manifeſtè, vt 1. de anima 13. Alio modo.i.principaliter,vt 2.de anima 40. & 41. Alio modo pro neceſſario vt 2. Phy.57.Alio modo, ideſt ſine diſtinctione, vt 2.de anima 55. Alio modo,ideſt ſemp 2 Phy. 57.& 55. Alio modo pro actu 1.poſt.4. & 6. Alio modo pro potentia 1.poſt. 4. & 6. Alio modo pro vniuersè. Alio modo.i omnibus modis. Alio modo,ideſt propriè. Alio modo, ideſt ſine permixtione. Alio modo, ideſt purè, incomplexè, vt ſermo ſimplex, ideſt purus,ſimplex, verus,vniuocus,non æquiuocus. Alio modo,.i. vniuerſaliter, vt illud ſignum omnis:Alio modo,prout diſtinguitur contra multipliciter, vt Ariſtot.primo Phyſic. 25.2. de anima 57.& 61. Alio modo, i. vno modo: quibus ergo ſignificatis ſic ſtantibus hic ſumitur ſimpliciter, ideſt vno modo q. d. Porphy. ſic, O Chryſaori, genus neq; ideſt non videtur dici .i. verè, certè non dicitur, ideſt non nominatur ſimpliciter, .i.vno modo:ſed verè, certè videtur dici,.i. nominatur pluribus modis: & ſpecies neq; .i. non videtur dici, .i. non dicitur ſimpliciter, non nominatur vno modo,ſed pluribus modis:ideo oportet videre primò quot modis genus dicatur, antequam determinemus, & dicamus, quid

Dub. eſt Genus: Sed dices, cur de genere primùm, quàm de alijs vocibus, voluit agere Porphyrius? circa hanc dubitationem variæ quidẽ ſunt reſpõſiones,quæ omnes adaptari poſsũt, quarum Prima eſt talis: ideo primùm conſiderat, & tractat de genere: qm̄ genus primũ fuit propoſitum: vnde oritur talis ratio, illud primò tractatur in tractatu, quod primò proponitur in prologo, atqui genus primò

Sol. ꝓponitur in prologo, ergo genus primò tractatur in tractatu: Alia ſolutio prius enim de genere:qm̄ genus omnia ſub ſe cõtinet,quod ſi aufertur,omnia alia auferuntur,nam ſi animal (quod eſt genus aufertur) aufertur etiã homo, qui eſt ſpecies, & rationalis quæ eſt differentia, & riſibilitas quæ eſt proprium,& grammaticum quod eſt accidens, vnde valet argumentũ à ſuperiori ad inferius negatiuè: verbi gratia non eſt animal, ergo non eſt homo: Alia ſolutio pro qua eſt ſciendum, ꝙ *Alia ſolutio.* genus, natura præcedit ſpeciem,vt ait Ar.c. de priori,ſed ars debet imitari naturam,1.tractare & conſiderare res. ſicut ſunt 2. Phy.22. ſed genus apud nãm eſt prius ſpecie: meritò Porph.vt peritus artifex, prius conſiderat de genere, quàm de ſpecie: Alia ſolutio, ideo *Alia ſolutio.* prius de genere; qm̄ genus eſt magis vniuerſale, ſpecies verò eſt minus vniuerſalis:vnde fiat ratio, vniuerſaliora debent præcedere minus vniuerſalia;1.Phy.4.& 57.ſed genus ẽ magis vniuerſale,quàm ſpecies.1.Phy.4. ergo genus debet præcedere ſpeciem,vnde optimè quidem Porphy.prius tractando de genere: quã de ſpecie: Vel aliter dicendũ,ideo *Alia ſolutio.* prius de genere:qm̄ genus diuidit in ſpecies, ex quo oritur tale argumentum, illud,quod diuidit in aliquas partes,eſt pri' illis:ſed genus diuiditur in ſpecies teſte Porp. c. de ſpecie,meritò genus præponitur ſpeciei: Aliter *Alia ſo.* dicendũ ideo prius de genere conſiderat Por. qm̄ genus ẽ cauſa ſpeciei, vt ait Auer. 2. poſt 94. Vnde fiat talis ratio cauſa p̄cedit cauſatum. 1.poſt.11.ſed genus eſt cauſa ſpeciei,ergo genus præcedit ſpeciem, & prius conſideratur, quàm ſpecies; Aliter ſoluendum,ideo *Alia ſo.* prius cepit à genere:qm̄ genus eſt notius omnib',teſte Ar.6.top.loco 53.ex quo fiat ratio, ordo doctrinæ incipit à notioribus 1.Phy.4. & 57. Sed genus eſt notius omnibus alijs,meritò ergo prius cepit à genere quã ab alijs: Aliter dicendum ideo prius à genere,quã ab alijs;qm̄ genus prædicatur in quid;differẽtia *Alia ſo.* verò prædicatur in quale q'd proprium,& accidens p̄dicatur in quale:& qm̄ ipſum quid dicit ſubſtantiã,ipſum quale dicit accidẽs, quæ ſubſtantia eſt prior accidẽte 7.met.4.Ar.ideo prius de genere,quàm de alijs: Sed dices ſi genus prædicatur in quid,ſpecies eẽ prædicatur *Dub.* in q'd, quare prius à genere, quàm à ſpecie, ſi vtrumq; prædicatur in quid? Dicas qm̄ genus ẽ vniuerſalius ſpecie; Alia ſolutio ideo *Solut.* *Alia ſo.* prius de genere,qm̄ genus dicit materiam,vt ait Porph.c.de differentia, ſpecies dicit formã.1.Phy.60.& 66.Vnde fiat ratio, materia 1.met.17.& in toto primo libr.Phy.præcedit formam,ſed genus dicit materiã,ſpecies verò dicit formam:meritò ergo prius de genere,quàm de ſpecie ſermonem fecit.Sed dices *Dubit.* forma ẽ melior materia, 2. Phy.12 q̃a forma eſt actus,2.de aĩa.2. materia eſt potentia, 2. Phy.12.2.de aĩa 2.& 25.modo vbicumq; hoc quidẽ melius,hoc verò deterius ẽ,ſemꝑ pri' eſt,quod melius ẽ,vt teſtatur Ar.3.met.11.ergo pri' debebat cõſiderare de ſpecie, deinde de genere:Soluitur,ꝑ qua ſolutione ẽ ſcien- *Solut.*

Digitized by Google

dum, ꝙ licet ipſa ſpecies ſit perfectior genere,& melior: genus verò ſit deterius,tamen Porph. non ſeruat ordinem melioritatis,& pfectionis,ſed ſeruauit ordinem doctrinæ, qui ordo eſt ab vniuerſalioribus,ab impfectioribus, ad minus vniuerſalia, & pfectiora: Alia ſolutio,ideo prius de genere. qm̄ genus ē principium ſpeciei,teſte Ar.3. Met.10.& 11. *Alia ſolutio.* Vnde fiat ratio,talis principium præcedit principiatum.5.Met.c.1 Sed genus eſt principiū ſpeciei:ergo rationabiliter Porphy.primò de genere,quàm ab alijs initiū fecit. Sed Dubitatur, *Dub.* nam id quod eſt poſterius,nō eſt prius, ſed genus,vt animal ē poſterius. 1.de anima. 8.Ariſt.ergo non eſt prius.ſi non eſt prius,nō debet primò tractari:Soluas, *Solutio* quod genus cōſideratur bifariam,vno modo vt genus eſt, & ſic ſemper natura eſt prius ipſa ſpecie. Alio modo vt eſt quodam vniuerſale,quòd vniuerſale,aut nihil eſt,aut ſi eſt,poſterius eſt: tunc dico quòd genus conſideratum vt eſt vniuerſale,ſic eſt poſterius,ſed ſi conſideratur vt genus eſt,ſic eſt prius,& per cōſequens,prius debet tractari: Iterum Dubitabis dicens, *Dub.* ſicut res eſt apud naturam,ſic debet ſciri. 2.Met.4 & 2.poſt. 94. Et debent tractari, ſed ſpecies ſunt priores genere 3.Met. 11.ergo prius debebat tractare de ſpecie,quàm de genere:Soluitur, *Sol.* ꝙ prius dicitur duobus modis:vno modo prius natura: Alio modo prius pfectione, quo ſtante dicas,quòd verū eſt,ꝙ ſpecies ſunt priores pfectione ipſo genere: tamen genus ē prius ſpecie ſm̄ naturam,Porph. voluit ſequi prioritatem naturæ,non autē prioritatē pfectionis. Amplius Dubitabit *Dubit.* ingenioſus dicēs, ſi omnia quinque Prædicabilia nominantur, & dicuntur pluribus modis,quare Porph.hic nominauit duo tantùm,genus & ſpeciē? Dicas ideo de alijs non meminit, vt longitudinem euitaret,& vt amator breuitatis; Sed Dices contra: *Repl.* nam ſi ſequutus eſſet breuitatem, tunc nominaſſet ſolùm genus,& nō ſpeciem: Dicas *Solut.* ꝙ Porph. ſequutus admodum fuit breuitatem,& ſi nominauit genus, & ſpeciē:fuit coactus à natura rerū nominare vtrumq; qm̄ natura & priuilegium correlatiuorum hæc ē, ꝙ qui nominat vnū de neceſſitate, debet nominare & reliquum, modò genus, & ſpecies ſunt ad inuicem correlatiua teſte Porp. c.de ſpecie.iō nominando vtrumque, ſeruauit ordinem breuitatis, & correlationis. Amplius *Dub.* Dubitatur dubitatione pedagogo digna, nā dixit Porp. ꝙ genus non dicitur ſimpliciter, ideſt vno modo,ſed dicitur pluribus modis: Dices contra,nam duæ negationes affirmāt, modò Porp. vtitur in tex. duplici negatione, ergo affirmat,ꝙ genus dicitur vno modo,nō autem pluribus, modis dubitatio quidem riſu,& ferula digna,& non eſt mirum profectò, *Solut.* nam ſicut ſunt,ſic dubitant. Dicas tamen docendo iſtum pauperculum, qui docet grammaticam,& ipſe neſcit grammaticam, quòd illæ duæ negationes non cadunt ſuper vnum, ſed ſuper diuerſa; dicit.n.Porph. Videtur aūt neque genus,neque ſpecies: ecce ꝙ vna negatio cadit ſuper genus, alia ſuper ſpeciem, & ſic non tenet dubitatiuncula: tunc enim aliquid concluderet, quando illæ duæ negationes caderent ſuper genus ſolùm, vel ſuper ſpeciem ſolam.

Genus enim dicitur, et aliquorum quodam modo ſe habentium ad vnum aliquid, & ad ſe inuicem collectio; ſecundum quam ſignificationē, Romanorum dicitur genus ab vnius ſcilicet habitudine. (Dico autem Romuli(& multitudinis habētium aliquo modo ad inuicem eam quæ ab illo eſt cognationem, ſm̄ diuiſionem ab alijs generibus dictum.

Poſtquàm in prima parte præſentis tex.dixit ꝙ genus, & ſpecies nō dicuntur ſimpliciter, ideſt vno modo,ſed pluribus modis nunc in hac ſecunda & tertia parte tex.incipit numerare primam generis ſignificationem, & hoc in ſecunda parte: in tertia autem, exemplo declarat primam ſignificationē generis,quę tertia pars incipit ibi(ſecundum quā)aggreditur ergo verba tex.& dicit ꝙ cùm genus dicatur pluribus modis,tamen primo modo dicitur genus collectio aliquorum quodā modo ſe habentium ad vnum aliquid,& ad ſe inuicem,& Nota ꝙ genus iuxta hanc ſignificationem,non ſignificat quamcumq; collectionem,ſed eā,in qua inueniuntur iſtę duæ conditiones.ſ.ꝙ illa multa quodammodo ſe habeant ad vnum aliquod, & ꝙ illamet multa quodam modo ſe habeant ad inuicem: & aduerte, ꝙ ad vnum quodam modo ſe habere, nihil aliud ſignificat,niſi illa multa originem habere ab illo, vt omnes eiuſdem familiæ ex vno primo patre, & gens & conciues ex vna patria oriūtur: & quodam modo in vicem ſe habere,nihil aliud ſignificat,quàm ꝙ inter ſe habeant cōnectentes habitudines, quibus ab alijs differāt, vt omnes qui ſunt de vna familia, inter ſe coniuncti ſunt, dum ibi ſunt fratres,ſorores,filij, nepotes, & ſimiliter conciues ſe mutuò reſpiciūt,dum alij rectores,alij conſules, alij milites, alij artifices, hæc ergo aggregatio,ſeu collectio,ſeu multitudo dicitur genus: Vnde ſequitur,ꝙ vnus homo,neq; duo,neq; tres tm̄ conſtituunt genus: qm̄ debet eſſe multitudo plurium qualis Neapolitanorum, Romanorum,Græcorum,Hæbreorum dependentium ab vno,vt Romani acceperunt denominationem à Romulo, & Nota ꝙ nō ſolum ille dicitur Romanus qui deſcēdit à Romulo, ſed etiam ꝓpter patrem, qui Romanus fuit, vel eſt ſi. n. queritur propter

quid

Digitized by Google

quid Viuolus eſt Neapolitanus, conuenienter reſpondetur, quia pater eius eſt, vel fuit Neapolitanus: habet ergo qlibet Romanus, vel Neapolitanus hanc denominationẽ à duplici principio. ſ. propinquo, & remoto; principium propinquum eſt pater, principiũ remotum eſt Romulus. tota aũt collectio Romanorum vnum tantùm principium habet. ſ. Romulum: ſi enim quæritur ꝑpter quid Romani ſic vocantur, non reſpondetur, quia pater eorum Romanus eſt, aut fuit: ſed quia cõditor vrbis vocatus eſt Romulus; *Dub.* *Sol.* Sed dices cumulus lapidum poteſt dici genus, nam videtur ꝙ illi adſit multitudo, & lapidum collectio. Dicas ꝙ illa plurium lapidum multitudo, ſeu collectio, non dicitur genus: quoniam inter ſe non habent ordinem, neque habitudinem aliquam; vnde ſcias, quòd tunc aliqua multitudo dicitur genus, quãdo habet aliquẽ reſpectum ad aliquod vnum principium, quibus ergo ſic declaratis, lege literam: videtur autem, neq; genus, neq; ſpecies ſimpliciter dici, ideſt vno modo ſed pluribus modis, & primo modo dicitur genus, collectio aliquorum quodam modo ſe habentium ad vnum aliquid, & ad ſe inuicem, ſecundum quam ſignificationem, collectio Romanorum dicitur genus ab vnius ſcilicet habitudine, videlicet Romuli, à quo, Romanorum genus, nomen, & principium ſumpſit.

Dicitur autem & aliter rurſus genus, quod eſt uniuſcuiuſq; generationis principium, vel ab eo qui genuit, vel ab eo loco in quo quis genitus eſt.

Tex. 4. Poſtquàm Porphy. aſſignauit primam generis ſignificationem, in hoc text. intendit aſſignare ſecundam, & ipſam exẽplo declarare: ideo diuiditur iſte tex. in duas partes principales, in prima aſſignat ſecundam ſignificationem generis, in ſecunda ibi (ſic enim Oreſtẽ) exẽplo declarat ſecundam ſignificationem generis: quantùm ad primum dicit Porp. Rurſus. i. de nouo ſemper enim illa particula, rurſus, & Amplius aliquid noui affert, genus dicitur aliter. i. alio, & ſecundo modo, quod eſt principium, ideſt cauſa: quoniam principiũ, & cauſa 1. Phy. 1. & 48. ſunt synonima, vniuſcumque generationis, quod principium generationis, quaſi dicat, eſt duplex, vel ab eo qui genuit, ideſt, vel eſt pater qui generat, vel ab eo loco, in quo quis genitus eſt. i. vel eſt locus ſeu patria, in quo loco quis generatus ẽ, vnde habemus, ꝙ genus ſecundo modo dictũ eſt principiũ generationis, qđ eſt duplex, vʒ pater, ſeu genitor, qui ganerat, & locus, ſeu patria, in quo loco aliquis generatus eſt. Aduerte, quòd principia, ſeu cauſę, ex quibꝰ omne id quod fit, & generatur, ſunt quatuor; Prima eſt materia, vt lapides, ex quibus fit domus, tanq̃ ex materia. Secunda eſt forma, vt iam conſidere potes. Tertia cauſa eſt efficiẽs, quæ facit domum, vt ædificator. Quarta cauſa eſt finalis, vt domus fit ꝑpter hunc finem, . ſ. vt defendat nos à calore, pluuia, ventis, & frigore; ſunt deinde duæ aliæ cauſæ, quæ ſunt cauſæ per accidens vt eſt locus, & tempus, nã omne quod generatur, generari oportet in aliquo loco, & in aliquo tempore: quibus ſtantibus nota ꝙ Porph. in text. ſumpſit duas cauſas, quarum vna eſt per ſe, & eſt cauſa efficiens, vt Pater qui generat. Alia verò eſt per accidẽs, vt locus ſeu patria, in quo loco, quis eſt generatus: Dubitabis, nam dicit Ar. 2. de generatione animalium c. 1. ꝙ principia generationis ſunt Duo, mas & fæmina, pater, & mater: *Dubit.* Vnde eſt ꝙ Porph. nominauit patrem solùm, & non matrem? Soluas pro cuius ſolutionis intelligentia eſt ſciendũ, ꝙ forma, quæ *Solut.* eſt actus 2. de anima 2. eſt nobilior materia quæ eſt potẽtia, 2. Phy. 12. Pater in generatione concurrit, vt forma, & actus, materia verò concurrit, vt materia & potentia 2. de generatione animalium, c. 1. 5. Met. 1. & 2. de generatione animalium c. 4. ſequitur quòd Pater ſit nobilior matre: Et quoniam denominatio debet fieri à nobiliori 2. de anima 49. hac de cauſa Porph. ſequens viam nobilitatis, voluit nominare patrem, & non matrem, Vel aliter dicas: quoniam pater eſt agens in generatione, mater eſt patiens teſte Ar. 1. de *Alia ſolutio.* generatione animalium c. 2. & qm̃ agens eſt nobilius paſſo, 3. de anima 19. ideo nominauit patrem, & non matrem, licet tam pater, quam mater ſint principia generationis: Amplius quidam ſubtilis poſſet dubitare dicẽs, *Dubit.* ꝙ Porph. videtur diminutus: quoniam ſentẽtia eſt Ar. 4. Phy. 128. ꝙ omne quod fit, & generatur oportet ꝙ fiat, & generetur in loco, & in tempore: Porphyrius nominauit locum, & nõ tempus, ergo diminutus: Soluas ꝙ Por. nullo modo eſt de diminutione accuſandus, *Solut.* immò de ſufficientia laudandus; quoniã voluit nominare tempus: quia tẽpus 4. Phy. 117. 128. non eſt principium generationis, ſed potius eſt cauſa per ſe corruptionis, vbi aſſerit, Ariſt. hæc verba, tempus tabefacit, & ſeneſcunt omnia tempore, & obliuiſcũtur propter tempus: Vnde optimè dicebat Pytagoras paro tempus eſſe in doctiſſimum, locus verò eſt cauſa generationis, & conſeruationis rerum, & eſt ꝑfectio rei, & eſt cauſa longitudinis vitæ. 1. de anima 76. Au. & quoniam Porph. intendit loqui tãtùm de principio generationis & conſeruationis, non autem de principio & cauſa corruptionis: ideo nominauit locum, relinquendo tempus: Amplius vertitur *Dub.* in dubium dicit enim Porphy. quòd pater, & locus ſunt principia generationis, hoc videtur contra Ar. 1. Phy. 65. vbi aſſerit ꝙ materia

ria, & forma ſunt principia generationis, & non nominat patrem, neq; locum. *Solutio* Soluas ꝙ principia generationis ſunt duobus modis; Quædam ſunt extrinſeca, veluti pater, & locus: Quędam ſunt intrinſeca, veluti materia, & forma. 1. Phy. 1. Au. tunc dico, ꝙ Ar. meminit tantùm principia intrinſeca, quando dixit ꝙ materia, & forma ſunt principia generationis Porphy. verò nominauit principia extrinſeca, & ſic ſoluit dubitatio. Amplius *Dub.* Dubitatur (dictum eſt ſupra) quòd tempus eſt cauſa obliuionis, ignorantiæ, & corruptionis: contra dicit anim Themiſtius 2. Phy. ſuper tex. 43. tẽpus eſſe, & longam ætatem, aptiſſimam ad indaginem veritatis, rationem, atq; efficaciſſimam: immò Auer. 2. Met. 1. ꝙ temporis lõgitudo eſt neceſſaria in compræhenſione veritatis: *Sol.* Soluas quòd ſermo Ar. eſt comparatiuus, nam tẽpus operatur obliuionem; tamen magis obliuionem, & corruptionem, quàm ſcientiam, & generationem: & ſic ſoluitur dubitatio.

Sic enim Oreſtem quidẽ dicimus à Tantalo habere genus Hylum autẽ ab Hercule, & rurſus Pindarum quidem Thebanum eſſe genere, Platonem verò Athenienſem. etiam patria principium generationis quemadmodum & pater.

Poſtquàm Porphy. in prima parte huius tex. aſſignauit ſecundam generis ſignificationẽ, vbi dixit quòd genus ſecundo modo dictum, eſt illud, quod eſt principium generationis, ꝙ eſt duplex, pater, genitor, & locus, ſeu patria: nunc in hac ſecunda parte tex. intendit dare exemplum, vnum de patre, alterum de patria: Vnde hæc ſecunda pars diuidatur in tres partes, in prima dat exemplum, quomodo pater eſt principium generationis, in ſecũda ibi (& Rurſus Pindarum (dat exemplum, quomodo patria eſt principium generationis: In tertia ibi (etenim) concludit ꝙ ſicut pater eſt principium generationis, ſic etiam patria: quantum ad primũ, aliquis poſſet quærere, dicens O, Porph tu dixiſti ꝙ genus ſecũdo modo dictum eſt principium generationis. ſ. pater, & patria, da mihi exemplum quomodo intelligitur, ꝙ pater eſt principium generationis. Reſpondet Porp. & dicit, ſi tu neſcis, quomodo pater eſt principium generationis; Dici- *Dub.* mus nos, ideſt ego, & alij antiqui Peripatetici explicamus ſic, ideſt hoc modo, Oreſtem habere genus, ideſt generationem à Tantalo, hylum autem habere generationem ab Hercule: & ſcias ꝙ Porphy. per ly generationis, non intelligit ſimplicem mutationem, ſed ꝑ quadam multitudine generata, eo modo, quo ſolemus dicere hanc familiam eſſe bonã generationem, illam verò malam, & patrem debemus intelligere auum, & proauum, ad denotandum, ꝙ non dicitur genus illud, quod ẽ principium tantùm vnius generati, ſed multorum ſimul, vel ſucceſſiuè deſcẽdentium ab illo, affert deinde aliud exemplum de loco. & dicit, & Rurſus, ideſt & de nouo, poſt exemplũ datum de principio generationis, quod ẽ pater, adeſt aliud exemplum de patria, & dicimus Pindarum, Thebanum eſſe genere; quia natus eſt Thebis, & Platonem Athenienſem: ergo Thebæ & Athenæ ſunt genera ex eo q͂a ſunt principia generationis, ideſt multitudinis generatæ, cõcludens dicit, etenim patria, ſeu locus principium eſt generationis, quemadmodum & pater: nam ſicut pater eſt principium effectiuum vniuſcuiuſque generationis, quia influit ſemen, ita, & locus, quia influit virtutem receptam à cælo, ergo ſi pater eſt genus, ſic & locus eſt genus, non dico locus proprius, & particularis, quia ille non influit, niſi vnum, ſed locus communis, veluti eſt patria quæ habet virtutem præſeruatiuã, non ſolùm vnius ſed multorum: Videmus .n. homines diuerſarum patriarum habere diſtinctos mores, & varias conditiones, quod quidẽ prouenit ex diuerſitate locorum à cælo recipientium diuerſas virtutes, & influentias, veluti etiam ſunt animalia pro locorum qualitate admodum differre teſte Ar. 8. de hiſtoria animaliũ c. 29. quæ virtutes, & influentiæ duffunduntur in omnibus, quæ in illo loco naſcuntur, videmus enim ꝙ omnes habitantes in eodem loco eundem habent colorem, & vniformem ſtaturam tanta enim eſt loci vis, atq; potentia, vt incolas omnes ad vnum vniformiter trahat, atque compellat Æthiopia nigros, atq; criſpos generat, & ſtatura paruos: Germania candidos, comatos, & ſtatura proceres, atq; arrogantes. Scithæ verò immani ferocitatis crudelitate graſſantur, omnes Itali ſemꝑ nobilitate regali ſunt perfulgidi: Galli ſtollidi: Græci leues: Afri ſubdoli, auari Siri: acuti Siculi, luxurioſi ſemper Aſiani & voluptatibus occupati; Hiſpani elata iactãtiæ animoſitate: & gentes quæ frigidas regiones incolunt, & quæ per Europã, animo quidem abundant ingenij verò, & artificij parũm habent, & libertate magis perſeuerant; Genus verò quæ Aſiam incolunt, ingenio, & arte abundant, ſed animoſitatem non habent, ꝓpter quod, & parere dominantibus, & ſeruire perſeuerãt; at Græcorum genus, vt mediam regionem locorum ſortitum eſt, ſic etiam amborum eſt particeps, nã animoſum, & ingenioſum eſt, teſte Ar. 7. Politicorũ c. 7. iſtæ ergo varietates ex diſtinctis locis proficiſcuntur, quoniam diuerſitas varias cælorum vires, atq; potẽtias ſuſcipit: Sed du- *Dubit.* bitabis, quomodo patria eſt principium generationis ſicut pater, ſi pater eſt principium per ſe, patria verò eſt principiũ per accidẽs?

Dicas

Digitized by Google

Solut. Dicas reſolutè, & dicãt alij quicquid velint, ꝙ quando dicit Porph. ꝙ patria eſt principiũ generationis, quemadmodum pater, aduerte, quòd ly (quemadmodum, ſeu ſicut) dicit quamdam ꝓportionem, non dicit identitatem, ideſt non ſimili modo, ſed dicit analogiam: quaſi dicat Porp. ꝙ ſicut pater ẽ principium per ſe generationis, ſic in genere ſuo patria eſt principium per accidens, & proporcionaliter, veluti exemplo declarari poteſt: ſicut .n. rex velet in regno, ſic princeps in ſuo principatu: modo ly (ſicut) non dicit identitatem, ideſt ꝙ Princeps ſit rex, ſed dicit ſimilitudinem, & ꝓportionem, ideſt ꝙ ſicut rex, vt rex, poteſt in ſuo regno, ſimiliter Princeps valet, & põt in ſuo Principatu; ſic etiam dicimus de patre, & patria, non quia patria ſit pater, neq; pater ſit patria, ſed ſunt vtraque principia generationis pro eorum ꝓportione; pater eſt principium per ſe, patria verò eſt principium per accidens.

Tex. 5. *Hæc autẽ videtur prontiſſima eſſe ſignificatio. Romani enim dicuntur qui ex genere deſcẽdũt Romuli: & Cecropide, qui à Cecrope, & horum proximi; & prius quidem appellatum eſt genus cuiuſcumq; generationis principium, de hinc etiã & multitudo eorum qui ſunt ab vno principio, vt à Romulo quod diuidenter, & ab alijs ſeparãtes dicebamus omnem illam collectionem Romanorum genus.*

Poſtquàm Por. duas aſſignauit generis ſignificationes, quarum prima fuit collectio multorum: Secunda quæ eſt principium generationis, & vtraſq; exemplo manifeſtauit: nunc in hoc tex. Reſpondet tacito quæſito, nam aliquis poſſet dicere, quæ iſtarum duarum ſignificationum eſt prodinquior, & magis in ꝓmptu ad ſignificationem generis, de quo Logicus intendit? Reſpondet, & dicit, ſi tu neſcis quæ iſtarum ſignificationum eſt prontiſſima, & maximè propinqua, dico ꝙ hæc .ſ. ſecunda ſignificatio generis videtur, i, ẽ prõptiſſima: *Alia cõtinuatio.* Vel dicas ꝙ cum Porph. aſſignauit duas generis ſignificationes, nunc facit electionem, ſeu comparationẽ inter iſtas duas generis ſignificationes, quas dupliciter comparat, & quo ad vſum, & quò ad ordinem, dicens ꝙ ſecunda generis ſignificatio eſt promptiſſima, & in vſu frequentiſſima ꝓpter duas rationes, quarum Prima ſumitur ex parte reductionis: qm̃ prima ſignificatio generis reducitur ad ſecundam: Secunda ratio ſumitur ex parte cauſalitatis, qm̃ hæc ſecunda ſignificatio eſt cauſa primæ ſignificationis. Vnde diuidatur iſte tex. in duas partes, in prima facit electionẽ, & comparationẽ inter vtrãq; generis ſignificationẽ, afferendo primam rationem; in ſecunda ibi (& prius) affert ſecundam rationem, quantùm ad primũ variç sũt expoſitiones, & Prima eſt Latinorum, qui dicunt ꝙ Porp. hanc ſecundã cum prima ſignificatione comparando, dicit ꝙ hæc ſignificatio ſecunda generis; *Expoſitio Latinorũ.* Secundum quam genus principiũ generationis dicitur, videtur ꝓmptiſſima, ideſt conſueta magis, & illam primã minus conſuetam eſſe, dicuntur enim Romani, qui ex genere deſcendunt Romuli, & Cecropidæ, qui ex genere deſcendunt Cecropis, & conſimiles alij. Alia eſt Græcorum expoſitio, ꝓ qua aduertendum, ſecũdum Ar. 1. poſt. 12. & 1. Phy. 2. priora ſunt duobus modis, quò ad nos, & quò ad naturam; *Expoſitio Ammonij.* licet dẽtur tertio modo priora quò ad nos, & quo ad naturam ſimul. priora quò ad nos, ſunt poſteriora, quò ad naturam, & quæ ſunt priora quò ad naturam, sũt poſteriora quò ad nos; verbi gratia, priora quoad naturam; ſunt prima materia, & forma, mox quatuor elementa, deinde caro, nerui, oſſa, & cæteræ eiuſdem generis partes, poſtremò homo, natura enim à ſuperioribus, & cauſis, ad inferiora, & cauſata: nobis verò qui reſupinè ſemper, quç inferiora ſunt, aſpicimus quiq; ab his, quæ abſunt, quæque ſenſibus familiaria, ad ea, quæ longè à corporibus abſunt, deducimur, primum cognoſcitur homo, deinde caro, oſſa, & nerui: mox quatuor elementa, poſtremò materia, & forma: Amplius eſt Notandũ, ꝙ quæ ſunt priora naturæ; ſemper ſunt nobis poſteriora in cognitione, & quæ ſunt naturç poſteriora sũt priora cognitione. His ſic ſtantibus, dicit Ammonius duas ꝓpoſitiones, Prima eſt, ꝙ ſecũda generis ſignificatio eſt prior quò ad naturã, ergo poſterior quò ad nos in cognitione: Secunda ꝓpoſitio, ꝙ prima generis ſignificatio, eſt poſterior quò ad naturam, & eſt prior quò ad nos in cognitione, magis etenim in promptu nobiſq; notior in cõſuetudine quadam, vſuq; frequentior eſt multorum collectio vnum aliquid, quodammodo ſe habens, & inuicem, quæ genus dicitur, ſecundum primam generis ſignificationem, quàm principium generationis, quod ab eo qui genuit, vel à loco, in quo quis genitus eſt, quod genus, in ſecunda generis ſignificatione nuncupatur: quia à notioribus & priorib⁹ nobis, ordine doctrinæ, iubebat Ar. 1. Phy. 4 debere ꝓcedere; meritò Porph. ab illa prima generis ſignificatione, quæ poſterior eſt, ordine naturæ, incepit. Amplius cùm dixit Porph. hæc aũt videtur promptiſſima ſignificatio, non de prima (vt quidam interprætantur) generis ſignificatione, ſed de ſecunda, loquitur. nam exempla cùm ait, Romani dicuntur qui de genere deſcendunt Romuli, latè declarant eam, non de prima, ſed de ſecunda loqui ſignificatione: Secundò comparat Porph. iſtas duas ſignificationes ſecũdùm ordinem, tum

natu-

Digitized by Google

naturæ, tũ appellationis; dicit enim ꝙ prius eſt principium generationis, quàm generatio ipſa, vel multitudo generata, ergo prior eſt ſecunda generis ſignificatio, quàm prima ſecundum ordinem naturæ: dico autẽ ſecundum ordinem naturæ, quia ſecundum ordinem doctrinæ, prima præcedit ſecundã: Amplius prius fuit appellatum genus principiũ generationis, quàm multitudo, quæ deſcendit ab illo principio, nam poſt illud principiũ nos deſcribentes, & ab alijs ſeparantes multitudinibus, Romanorum multitudinem genus appellauimus, Romanorum à Romulo, à quo fuit principiũ iſtius generationis: hinc Nota ꝙ prima generis ſignificatio non dicitur genus, niſi per ſecundã. ſicut ad cauſam: patent ergo omnes partes præſentis tex. Sed

Dub. Dubitabis, quare Porph. incepit ab illa generis ſignificatione, quæ dicitur collectio multorum, & non ab illa, quæ eſt principium generationis? Soluas, qm̃ ſequutus eſt ordinem

Sol. doctrinæ. qui eſt à nobis notioribus 1. Phy. 4. 57. & 3. Phy. 2. Sed qm̃ prima generis ſignificatio eſt prior, & notior ſecundùm nos, quoniam eſt multitudo, ſeu effectus, ſeu quoddã totum, fluens à ſecunda generis ſignificatione, quæ eſt principium, & cauſa, quæ cauſa eſt nota ſecundum naturam. 1. poſt. 12 & 1. Phy. 2. ideo cæpit ab illa, quæ eſt collectio, & non ab illa, quæ eſt principium generationis: Sed

Repl. dices contra nam ſimplicia debent præcedere compoſita, ſicut partes præcedunt totum, vt lapides præcedunt totam domum, ſed ſecunda ſignificatio generis eſt principium, & cauſa primæ ſignificationis; ergo ſecũda debet præcedere primam: ergo Porph. prius debebat incipere à ſecunda quàm à prima generis ſignificatione: Dicas ꝙ Porph. hic non

Sol. eſt ſequutus ordinem naturæ, qui eſt à ſimplicioribus ad compoſita, à cauſa, à principio ad effectum: Sed ſequutus eſt ordinẽ doctrinæ, qui eſt ab effectibus compoſitis, cauſatis, fluentibus à cauſis, & principijs, & qm̃ prima ſignificatio generis eſt cauſata à ſecunda, & ſecunda eſt cauſa primæ, ideo prius cæpit à prima quàm à ſecunda.

Tex. 6. ***Aliter autem rurſus Genus dicitur, cui ſupponitur Species: ad horum fortaſſe ſimilitudinẽ dictum. etenim principium quoddam eſt hmõi genus earum quæ ſub ipſo ſunt ſpecierum: videtur ẽt & multitudinem continere omnem ſpecierum quæ ſub eo ſunt.***

Poſtq̃ Porp. duas numerauit generis ſignificationes, & fecit electionem, & comparationem, quæ nam ipſarũ eſt promptiſſima: in hoc tex. intendit numerare tertiam ſignificationem, cauſa huius intentionis eſt, vt oſtendat ſuũ dictum eſſe verum, .ſ. ꝙ genus non dicitur vno modo, ſed pluribus mòdis: Diuiditur iſte tex. in duas partes, in prima ponit tertiã ſignificationem generis: In ſecunda ibi (ad horũ fortaſſe) declarat, quare illud, cui ſupponitur ſpecies, ſm̃ philoſophos dicitur genus, quò ad primum dicit Porphy. Rurſus .i. de nouo, præter duas generis ſignificationes, genus dicitˉ aliter, & tertio modò, & eſt illud, cui ſupponitˉ ſpecies .i. cui ſubijcitur ſpecies in recta linea prædicamentali, verbi gratia, animal dicitur genus, quia ei ſupponitur in ordine prædicamentali Species, vt homo, aſinus tanq̃ inferiora ſuperiori ſuo, quod genus fortaſſe, vt ipſe credit, ita dictum eſt propter ſimilitudinem, quam habet cum alijs ſignificationibus generis ſupra poſitis; nam habet ſimilitudinem cum genere ſecundò. mõ ſumpto; ſicut .n. genus ſecundo modo dictum dicitur principium generationis, ita hoc genus cui ſupponitur ſpecies, ẽ principium earum ſpecierum, quæ ſunt ſub ipſo, & etiam habet ſimilitudinẽ cum genere primo modo ſũpto: nam ſicut genus primo mõ ſumptum, omnem multitudinem vno claudit nomine, ita genus tertio mõ dictum, quod eſt illud, cui ſupponitur ſpecies continet, quæ ſub eo ſunt: Sed dices videtur, ꝙ Porph. loquatur cũ dubitatione, qñ dicit, fortaſſe: Dicas ly fortaſſe nõ dicit dubitationem, ſed loquitˉ humiliter, vtẽs philoſophica reuerentia: Amplius Dubitatˉ, nam videtur Porp. diminutus, aſſignãdo tres tãtùm generis ſignificationes, cũ multo plures reperiantur. Ar. n. 1. poſt. 56. & 179. vocat ſubiectum genus, vt in philoſophia naturali genus, ſeu ſubiectum eſt corpus, & in arte fabrili, genus ſeu ſubiectum eſt lignum: Amplius ſunt aliæ generis ſignificationes, vt Plato ait in Sophiſta, vʒ ſubſtantia, identitas, alteritas, motus, & ſtatus: Soluit Albertus, & dicit, ꝙ intentio Porp, nõ eſt diſtinguere generis vocabulum in omnes ſignificationes, ſed in eas tantùm, quæ habẽt affinitatem cum ea ſignificatione generis, qua Logici vtuntur, & hæ ſunt, quas Porphy. poſuit ſignificationes ſm̃ Platonẽ dimiſit, quia præpoſuerat, vt in prooemio dixit, ſe potius ſcripturum, quæ ad Ar. quàm ad Platonem ſpectarent: Amplius dubitatur, quare tertia ſignificatio generis non fuit præpoſita duabus primis ſignificationibus, quæ ad logicum non ptinent: Soluit Albertus, & dicit, ꝙ quæ ſunt magis à noſtra intentione remota, debent longius à ꝓpoſito poni: ideo vltimo loco fuit poſita tertia ſignificatio generis: Preterea Dubitatur, ſi genus logicum nõ ſolùm continet ſpecies, ſed indiuidua: cur in tertia ſignificatione generis, dictum eſt, genus eſt cui ſupponitur indiuiduũ? Soluitur, qm̃ indiuidua ſubijciuntur generi mediatè, quia mediante ſpecie: ſpecies autẽ ſubijcitur generi immediatè, quod tali rõe pro-

Marginal notes (right column): *Du b.* *Sol.* *Dubit.* *Solut.* *Alber.* *Dubit.* *Solut.* *Dub.* *Solutio*

Digitized by Google

probatur oẽ illud, inter qđ, & ſpeciem nihil mediat, ē illud cui immediatè ſupponitur ſpecies ſed genus eſt illud, inter qđ & ſpeciem nihil mediat, ergo genus eſt illud cui immediatè ſupponiẽ ſpecies:

Dub. Amplius quis dubitabit, ꝓbans ꝙ genus nõ ē principiũ ſuarũ ſpecierũ: cõpoſitum non eſt principiũ ſuorũ cõponentium, veluti domus, q̃ ē cõpoſita ex lapidibus, nõ eſt principiũ lapidũ, ex q̃bus domus cõponiẽ; immo potius res ſe habet ecõtra, ſed genꝰ cõponiẽ ex ſpeciebus, teſte Auc. 1. Phy. 5. vbi dicit, ꝙ triplex eſt cõpoſitio, prima ē indiuidui, ex materia & forma: Secũda ē ſpeciei, ex genere, & drĩa: Tertia ē generis ex ſuis ſpeciebꝰ, ſeq̃tur ergo clariſſimè, ꝙ genus eſt principiũ ſpecierũ, immò ſpecies sũt principia generis: qm̃ genus componitur ex ſpeciebus:

Solut. Soluitur dicendo ꝙ ſecundum rei veritatẽ, genus ē principiũ ſpecierum, vt ait Porph. & cõfirmat Ar. 3. met. 10. qñ dicit, ſpecierũ principia ipſa genera ſunt: tñ ꝓ dubitationis ſolutione eſt ſciendũ, ꝙ principiũ vniuſcuiuſq; rei, dicit illud, à quo illa res initiatur, veluti numerus initiatur à puncto, dicimus ꝙ punctus ē principiũ lineæ, modò ſic ē, ꝙ eſsẽtia ſpeciei initiatur à genere, & cõpletur in drĩa, ex quo patet, ꝙ genus ē principiũ quoddam earũ, quæ ſub ipſo ſunt ſpecierum.

Dub. Amplius Dubitabis, dicens ꝙ genus non cõtinet ſpecies, immò potius ſpecies continet genus: ſic pars continetur à toto, ſed genus ē pars ſpeciei, vt patet in c. de ſpecie, ergo genus continetur à ſpecie, & non continet ſpeciem:

Solut. Soluitur, ꝙ genus conſideratur bifariã; Vno mõ vt eſt quodã totũ indeterminatũ: Alio mõ vt eſt cõtractũ ꝑ drĩam, & ponitur in definitione ſpeciei, quo ſtãte, dicas genus vt eſt cõtractũ ꝑ drãm & ponitur in definitione ſpeciei, ſic ē pars ſpeciei, & cõtineẽ ſub ſpecie, tanq̃ ſub toto, ſed ſi cõſideraẽ vt ē quoddã totũ indeterminatũ, ſic cõtinet ſub ſe ſpeciem, & nõ cõtineẽ ſub ſpecie: Vnde ſumere potes, ꝙ genus ē totũ, & eſt pars, reſpectu tñ diuerſorũ, & diuerſo mõ conſideratũ.

Tex. 7. *Tripliciter igitur cum genus dicatur, de tertio apud Philoſophos ſermo eſt, quod etiam ſcribentes aſſignauerunt dicentes: genus eſſe quod de pluribus, & differẽtibus ſpecie, in eo quod quid eſt prædicatur, vt animal.*

Poſtq̃ Porphy. dixit ꝙ genus non dicitur vno mõ, ſed pluribꝰ modis, & numerauit aliquas generis ſignificationes, q̃ numero fuerũt tres ſeruãs morẽ periti artificis, cuius officium ē qñ nomen eſt æquiuocũ, illud diuidere in ſua ſignificata, deinde determinare, ne confuſũ, & ambiguũ, in audientiũ animo, generet intellectũ, ideo voluit ipſius generis, in tria ſignificata, tanq̃ nominis multiuoci, diuiſionẽ facere: nunc in hoc tex. de quo generis ſignificato loqui intẽdit, ipſe Por. & alij Antiqui Peripatetici determinat, ſequẽs morem Ariſt. 1. poſt. à 30. vſq; ad 35. vbi declarauit quot modis dicatur ꝑ ſe, deinde in tex. 35. determinauit q̃ ſunt illa per ſe, quæ ingrediunẽ demonſtrationẽ ſimpliciter, & hoc quidẽ eſt munus peritè docentis, ꝑ nomina æquiuoca, vt primo diſtinguat, deinde accipiat ſignificatũ de quo intendit ſermonẽ habere, vt ſapienter notatũ reliq̃t Ar. 1. cœli 110. & Auc. 1. poſt. 33. diuidit ergo iſte tex. in tres partes in prima Epilogando q̃ dixit determinat, de quo ſignificato generis loquũtur Philoſophi antiqui, & Porp. cum ipſis: In ſecunda ibi (qđ etiã) deſcribit genus tertio mõ dictũ de mẽte Philoſophorũ: In tertia ibi (vt animal) dat exemplũ de genere, dicit ergo Por. loquẽdo cum Cryſaorio, q. d. O, Chryſaori cùm genus dicatur .i. quia hoc nomen, .ſ. genus dicitur multis modis, & præcipuè tripliciter .i. tribus modis; Primo modo qđ eſt collectio multorum qđ pertinet ad legiſtas: Secundo modo ꝙ eſt principium generationis, quod pertinet ad naturales: Tertio mõ cui ſupponitur ſpecies, qđ pertinet ad logicos: Scias ꝙ apud Philoſophos non eſt ſermo .i. Philoſophi qui ſunt logici non conſiderant de genere primo modo dicto q̃m hoc ſpectat ad legiſtas, neq; de genere ſecũdo modo dicto, quia ꝑtinet ad naturales: Sed de illo genere, qđ vltimo mõ dicitur .ſ. cui ſupponitur ſpecies, quod etiam deſcribẽtes ipſi Philoſophi logicales, aſſignauerunt, dicẽtes, .i. aſſignãtes genus tertio mõ dictũ eſſe id, qđ prædicatur de pluribus differẽtibus ſpecie .i. de pluribus ſpeciebus, quæ ad inuicem differunt, in eo quod q d. .i. dicens quid .i. ſubſtantiã illarum ſpecierũ: dat exemplum Por. vt aĩal quod prædicatur de homine, leone, & elephãte, qui ſunt plures ſpecies differentes, de quibus aĩal ſubſtãtialiter, prędicatur: vt ſi quis interrogabit q d eſt homo, reſpondetur ꝙ eſt aĩal, ſic etiam interrogando de leone, elephãte, & de oĩbus ſpeciebus, contentis ſub animali, tanq̃ ſub ſuo genere: quam generis deſciptionem ſumpſit Porp. ab Ar. 1. top. c. 4. Verùm Nota, ꝓ verborum tex. intelligentia, ꝙ genus ſumitur bifariam, vno mõ vt eſt prima intentio, dicendo, aĩal: Alio modo, vt eſt ſecũda intentio, vt hoc verbum (genus) ſcias mõ, ꝙ qñ dicit genus prædicatur de pluribus non ſumitur genus, vt genus, vt eſt ſecunda intentio, ſed vt eſt prima intẽtio, vt animal, non .n. dicimus, homo eſt genus, ſed dicimus homo eſt animal, albedo eſt color, & triangulus eſt figura, vnde exponas reſolutè, & veriſſimè ſic, genus vt prima intentio .i. natura magis vniuerſalis, prædicaẽ de pluribus ſpeciebus, id eſt de pluribꝰ naturis, minus vniuerſalibus, in eo quod q d. .i. dicens

cens

cens ſubſtantiam ipſarum: ex quo ſequitur, ꝙ genus, vt genus, & ſecundo intellectũ, non ꝑdicatur in qd de ſpecie, vt eſt ſecunda intentio, non.n. valet dicere ſpecies eſt genus, qm̃ ſecundæ intentiones ſunt accidentia, q̃ nullo modo in qd prædicantur.

Dub. Sed Dices contra, nã color eſt accidens, vt patet in c. de ſubſtãtia, & tñ prædicatur in quid, vt ſi aliquis quæreret, quid ẽ albedo; ſtatim reſpõdebis, dicẽs ꝙ eſt color, ecce ꝙ color prædicatur in quid & tñ color (vt dictum eſt) accidens eſt, ergo ſequitur ꝙ non obſtante ꝙ genus ſumptũ vt eſt ſecunda intentio, & accidens, nõ prædicatur in quid:

Sol. Soluitur ꝙ color cõſideratur bifariam: vno mõ reſpectu corporis, in quo eſt; alio mõ reſpectu ſuarum ſpecierum, tũc dico verum eſt ꝙ color reſpectu corporis eſt accidens, & de illo non prædicatur in quid, ſed in quale; nã ſi quæreres, quale ẽ corpus, conuenienter reſpondetur eſt coloratũ, ſed ſi cõſideratur reſpectu ſuarũ ſpecierũ, tunc ꝑdicat̃ in quid, non vt color eſt, & accidens, ſed vt ẽ genus. i. vt eſt natura magis vniuerſalis prædicabilis de ſuis naturis minus vniuerſalib⁹, .i. de ſpeciebus, vt dicendo, quid eſt albedo, nigredo, palledo, reſpõdetur color, qui color licet reſpectu alterius ſit accidẽs, tñ reſpectũ ſuarũ ſpecierũ ẽ ſubſtãtia, & dicit ſubſtãtiam, & qd ipſarũ. Vnde non inconuenit vnũ & idẽ eſſe ſubſtantiã, & accidens, reſpectu tñ diuerſorum; Ex quibus oĩbus collige concluſionẽ, ꝙ qui dicũt genus ꝑdicari in qd de ſpecie, nõ intelligũt Por. neq; Ar. niſi exponant eo mõ, quo nos expoſuimus: Sed cõtra nam d. Ar. 1. Phy. 27. id quod vni ẽ accñs alteri nõ põt eẽ ſubſtantia, ſed color ẽ accñs ipſius corporis ergo nõ d. ſubſtantiã albedinis ſpẽi: Dicas qđ id, quod ẽ ſubſtantia vnius non ẽ accñs alterius. & ẽ cõtra qñ vno mõ conſiderat̃, ſed diuerſis modis ſũptũ põt eẽ accñs, & ſũbia, vt color ẽ accñs corporis, ſed d. ſũbiã reſpectu ſuarũ ſperum. Præterea dubitatur, videtur.n. Porp. ſuperfluus, qñ dicit genus prædicat̃ de pluribus differentibus ſpecie ꝓbatur: nam ſi genus prædicatur de differẽtibus ſpeciebus; ergo intelligitur illa particula đ plurib⁹, ergo ſuꝑfluus fuit addere ly de pluribus ſoluũt omnes, & dicũt, ꝙ ly, &, coniunctio poſita inter ly de pluribus differentibus, tenetur expoſitiuè, vꝫ ꝓ. i. vt ſit ſenſus, gen⁹ prædicatur de pluribus, &. i. de differentibus ſpecie & ſic Porp. non eſt ſuꝑfluus, & ſcias cãdide lector, ꝙ hæc nõ eſt definitio generis, ſed potius deſcriptio dicitur, nã cùm dicimus ge⁹ ẽ illud, qđ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo qđ quid, non dicimus ſubſtantiã generis, ſed dicimus quendã habitũ, reſpectũq; ad ſpecies, quæ ſub illo collocãtur, vt optimè Philoponus in 1. Phy. ſuꝑ tex. 82. aſſerere videtur: hinc remouentur oẽs dubitationes ſuperfluæ, quæ mouentur ab expoſitoribus:

Nota ꝓ intelligentia deſcriptionis ipſi⁹ generis.

Sed circa hãc generis deſcriptionẽ, aliqua dicere operepretiũ eſt, ꝓ cuius intellectu ẽ ſciendum, ꝙ iſta nomina. ſ. definitio, deſcriptio, expoſitio, interꝑtatio in ſignificatis valde differunt:

Quid ẽ definitio, & quotuplex.

nam definitio eſt ratio, vel oratio, qđ eſt eſſe rei ſignificans, compoſita ex genere, & differentia: & oĩs definitio, aut datur ꝑ materiã ſolũ, vt cũ dicimus ira eſt ebullitio ſanguinis circa cor: aut ꝑ formam ſolum, vt ira eſt appetitus vindictæ: aut ꝑ vtrãq; .ſ. ꝑ materiã, & formã coniunctum, vt Ira ẽ ebullitio ſanguinis circa cor, ob appetitũ vindictæ teſte Ar. 1. de anima 16.

Quid ẽ deſcriptio.

Deſcriptio ẽ ratio, vel oratio cõpoſita ex ſimilibus generi, & differentiæ, vt ex genere, & ꝓprio, vt homo ẽ animal riſibile, vel ex genere, & accidente, vt homo ẽ animal bipes: Dat̃ aũt deſcriptio, vt ait Ammonius, vel ꝑ Ethimologiã, vt ſi dicerẽ homo eſt ſublimẽ, habens vultũ, vel datur ꝑ cõcurſum accidentiũ, vt homo eſt aĩal; quod rectè incedit manibus vel latos habẽs vngues:

Quid ẽ expoſitio.

Expoſitio eſt vnius ꝓpoſitionis, minus notæ per alterã notiorẽ, explicatio.

Quid ẽ interpretatio.

Interꝑtatio ẽ termini, vel ꝓpoſitionis ſi eſt, termini, eſt explicatio termini de vna lingua in alterã, ſicut interpretationes de Græco in Latinũ, vel ecõuerſo, ſi eſt ꝓpoſitionis interꝑtatio eſt minus notæ ꝓpoſitionis ꝑ notiorẽ. ꝓbatio ꝓpter interꝑtationẽ alicuius, vel aliquorũ terminorũ quæ ꝓpoſitiones minus notæ ponebantur, vt illa ꝓpoſitio, dies deſinit ratione illius termini deſinit, ſic interpretatur dies non eſt, & immediatè, ante hoc fuit, ergo dies deſinit, & ita iſtas interꝑtationes, vocant ſorticolæ terminorũ ꝓbationes: Amplius Notandũ ꝙ definitũ ꝓpriè dicit̃ ſpecies, vt dicit Ar. 7. Met. 27. Sola .n. ſpecies definitur, & ſolius ſpeciei eſt definitio, cõmuniter tñ loquendo, oẽ nomen põt eſſe definitum, illud.n. ꝓpriè dicitur definitũ, de quo propriè aſſignatur definitio, ſed definitio propriè non cõpetit niſi ſpeciei ſubſtantiali: accidentia enim 7. Met. 17. non diffiniuntur, vel ſi definiuntur nõ propriè, & ſimpliciter definiuntur, ſed ſecundũ quid: ita ꝙ vt ait Au. hoc nomen definitio, æquiuocè dicitur de definitione ſubſtãtiæ: & de definitione accidentis: Amplius eſt ſciẽdum, quòd definitio differt à deſcriptione, vt ait Ammonius, ſicut vera ac expreſſa ab vmbratili pictura: ſicut.n. vmbræ, q̃ fiunt in tabulis, oſtendunt quid ipſa imago repræſentet, non tñ ꝑfectè: Ita deſcriptio, quid ſit res illa, q̃ deſcribitur, oſtendit: non tñ perfectè, quia ex accidentibus: Vnde dicitur deſcriptio, quaſi vmbratilis pictura, quam vulgo deſignationẽ appellant: Et ſicut expreſſa pictura, ꝑfectè imaginẽ demonſtrat, ac repræſentat: ita definitio ſubſtantiã rei definitæ deſignat; definitio verò dicit̃, quia rẽ definit, ac determinat: Vnde

de

Digitized by Google

de terminus dici aſſolet:His notatis,dicim', ꝙ Porp. volens genus definire, definitionem aſſignare non potuit,ideo deſcriptionē dedit ſemp enim res quas definire non poſſumus, deſcribere conamur:vnde melius ē ſcire rem eo mō quo poſſumus, quàm omninò ignorare: ꝙ genus definiri nō poterat,facilè à bonis expoſitoribus conuincitur, ergo genus, dicit Porp.eſt quod p̄dicatur de pluribus differentibus ſpecie,in eo quod qd,vt animal,verbotenus deſcriptionem hanc exponerem, niſi à Por.exactiſſimè exponeretur:& ꝓpterea pōderabo verba ſolùm,& verbū illud,vt animal in primis: volens.n.datam generis ſignificationem exemplificare,dixit, vt aīal maximè ꝓpter vnum in logica p̄ceptū,vt quod ſignamus in ſecundis,exerceamus in primis:Ideo cùm definierit genus, quod eſt ſecunda intētio,vel vox ſignificans ſecundā intentionem: Exemplificat in primis,.i.in vocibus ſignificantibus primas intentiones, q̄bus ſecunda intentio pōt applicari,& appropriari,ſicut ē vox iſta,animal,quod pōt eſſe genus: definiuit ergo Porp.ſecundā intentionem ꝑ ſecundas,cernendo tamen primas,q̄bus talis ſecūda intentio accomodatur:q̄a ſecunda intentio connotat primā,ſicut accidens connotat ſubiectum,& denominat primā,ſicut accidēs denominat ſubiectū,& ꝓpterea dixit,vt animal,quaſi dicat,ꝙ cùm genus ſit de boue,leone,& hoīe,qui ſpecies ſunt, p̄dicat̄ actu exercito,vt homo eſt animal: Vnde Notandum ꝙ duplex eſt actus,.ſ.actus exercitus,& actus ſignatus: actus exercitus ē vna ꝓpoſitio ī qua vox primæ intentionis, .i. primam intentionē ſignificans, p̄dicatur mediante hoc verbo ē, de voce primæ intentionis,vt homo ē animal: Actus verò ſignatus eſt ꝓpoſitio,in qua vel melius eſt,qn̄ componimus ꝓpoſitionem, in qua vox ſecūdæ intentionis,mediante hoc verbo prędicatur, vel dicitur de voce ſecundę intentionis, prædicatur vt dicendo,genus p̄dicatur de pluribus ſpeciebus: Ex quo ſciēdū eſt quoq; ꝙ actus tā exercitus , quā ſignatus eſt duplex,vnus q̄ eſt ex toto ſignatus:Alter q̄ nō eſt ex toto ſignatus ille ē ex toto ſignatus, q̄ penitus ſit ex ſecundis intentionibus,tā ex ſubiecto,quàm ex prædicato, in ꝓpoſitione,exiſtente voce ſecundæ intētionis: Exemplum iam datum eſt;Ille qui non eſt ex toto ſignatus, ſed ex parte , eſt qn̄ ſubiectum eſt terminus primæ intentionis, & p̄dicatum ſecundę intentionis, vt cùm dicimus animal p̄dicatur de pluribus differentibus ſpecie,ſic etiam actus exercitus ē duplex, vnus eſt, qui ex toto exercitus:Alter qui nō ex toto exercitus: exercitus ex toto,eſt quando ſit propoſitio ex ſubiecto,& prędicato,terminis primę intentionis exiſtentibus,vt homo eſt animal, ille verò,qui non ex toto ſed ex parte ē exercitus: eſt ſicut ex parte ſignatus , vt animal p̄dicatur de pluribus differētibus ſpecie:Sed Quæres quare Por.dixit in tex.deſcribentes, & non dixit definientes,cùm potius definitio *Dubit.*
generis,quàm deſcriptio,dici deberet,qđ ratione ꝓbatur, quæ eſt talis, illa eſt definitio, quæ cōpetit definito, & ꝑ quam diſtinguitur definitū ab omni alio:Sed hæc definitio data de genere,cōpetit generi,& eſt,per quam genus diſtinguitur ab omni alio prædicabili;ergo potius deberet dici definitio q̄ deſcriptio: Soluitur ꝙ iſta nō eſt definitio,ſed eſt deſcriptio: non obſtante hac ratione facta, qm̄ ge- *Solut.*
nus nō poteſt definiri,& probatur : nam definitio ſit ex genere,& differentia cōſtitutiua, teſte Porph.c.de differentia & 7. Met. 43. ſed genus non habet genus;qm̄ eſſet proceſſus in infinitum,nec habet differentiam conſtitutiuam:ergo generis non eſt definitio,minor ꝓbatur;nam genus de quo loquimur,ē vniuerſale, & cōmune, & nullum habet ſuperius, ꝙ nō habeat differentias,ꝓbatur ſic non habet genus ergo non habet differentias cōſtitutiuas;conſequentia ꝓbatur,nā differentiæ,quæ ſunt ſupioris generis diuiſiuæ,ſunt inferioris cōſtitutiuæ ſpeciei,ſicut rationale & irrationale aīal diuidunt,ſed nō cōſtituunt animal, ſed ſpeciem,.i.hominē, & ad rationem factā, dico ꝙ licet genus differat ab alijs,tn̄ nō differt diffinitiuè,ſed deſcriptiuè.Amplius probatur ex Ammonio alia ratione,ꝙ genus nō *Alia rō*
pōt diffiniri,& ē talis:æquiuoca nō p̄nt diffi- *probans*
niri,qđ ēt aſſerit Auer.in cap.an diffinitio ſit *gen' nō*
vniuerſalis,vel particularis,ſed genus,vt hic *diffiniri*
ſumit̄, ē nomen æquiuocum, ergo genus non *ſed de-*
pōt diffiniri:relinq̄t̄ ergo ꝙ genus potius de- *ſcribi.*
ſcribatur q̄ diffiniatur:Amplius Dubitatur ꝙ genus nō p̄dicat̄:nam 7.Met.23. materia non *Dubit.*
prædicatur ſed genus eſt materia teſte Por.c. de differentia,ergo genus nō prædicatur: Soluitur ꝙ genus nō eſt materia verè,ſed ꝓpor- *Solut.*
tionabiliter,& cùm non ſit verè materia,ſeqtur ꝙ prædicatur & non ſolum p̄dicatur, ſed verè & naturaliter, & ꝑ ſe prædicat̄ materia nō prædicat̄, ſed ſi p̄dicat̄ indirectè , & denominatiuè prædicat̄,vt ſcamnū eſt ligneū,non aūt dicimus ſcamnū eſt lignū:Sed dices qua- *Dub.*
re genus verè,ꝑ ſe,& naturaliter prędicatur; *Solut.*
materia verò non? Soluas qm̄ inter genus, & materiam eſt differentia, nam materia dicit puram potentiam,2. de anima 2. genus verò non:Vnde differt genus à materia,nec genus dicit vltimum actum non contrahibilem per alium actum quiditatiuum ſicut differentia ſpecifica dicit, ſed dicit quandam formā generalem,quæ mediat inter puram potentiā , & actum completum,qualis eſt vltima differentia: & ideo genus pōt prædicari, non aūt materia,q̄a gen' vt optimè dicūt Logici habet modum formæ,& quia genus aliquā for-

mam dicit,teſte Auer. 2. Phy. 28.non aũt materia,& inde eſt ꝙ genus cùm dicat formam, prædicatur in q̃d: Amplius Dubitatur, ꝓbans genus nõ prædicari in quid de ſpeciebus;dicens ſic ; Nullum accidens prædicatur in q̃d de ſpeciebus,ſed in quale,ſed genus eſt accidens,ergo genus nõ prædicatur in q̃d,minor ꝓbatur: dicit enim Ar. 1.poſt.33. quæcumq; de ſubiecto dicuntur,accidentia ſunt,ſed genus prædicatur de ſpecie , ergo genus eſt accidens, ſi accidens,in quale,& nõ in q̃d prædicatur: Dicas, quòd genus conſideratur bifariam,vno modo,vt eſt prima intentio: Alio modo vt eſt ſecunda intentio,quo ſtante, ſoluitur dubitatio,ꝙ genus conſideratum,vt eſt ſecunda intentio , ſic eſt accidens, ſed conſideratum vt eſt prima intentio , ſic eſt ſubſtãtia, & prædicatur in quid : Sed contra genus vt eſt prima intentio,eſt accidẽs,& prædicatur in quale, & nõ in quid:& probatur ſic,Ar. 1.poſt. 33.ait ꝙ quæcumq; de ſubiecto prædicantur, accidentia ſunt:ſed genus, ſumptum vt eſt prima intentio, vt animal, prædicatˉ de ſubiecto,dicendo, homo eſt animal,ergo genus vt prima intẽtio,eſt accidens, & nõ prædicatur in quid. Soluas reſolutè dicens,ꝙ genus conſideratum , vt eſt prima intentio , vt animal eſt ſubſtantia & prædicatur in quid & non in quale,& color', & figura,ſemꝑ enim ꝙ prædicatur de ſpecie dicit quid.i.ſubſtantiã, & quiditatem ſpeciei: Sed aduertas ꝙ quãdo dicit Ar.1. poſt.33. ꝙ quæcumq; de ſubiecto dicuntur.i.prædicantur,ſunt accidentia, ille tex.debet intelligi hoc modo,.ſ. quecumque prædicata quæ prædicantur de ſubiecto,ſunt accidentia,dico ꝙ ſunt accidentia, nõ vt diſtinguuntur contra ſubſtantiam,ſed inquãtũ nõ exiſtunt ꝑ ſe,veluti Genus,Species,Differẽtia,& Definitio,ſunt accidẽtia,id ẽ exiſtũt per accidens; qm̃ non exiſtunt per ſe , veluti exiſtunt primæ ſubſtantiæ ; ſed exiſtunt propter primas ſubſtantias:Vnde dicebat Ar.in cap.de ſubſtantia,quòd corruptis primis ſubſtantijs impoſſibile ẽ aliquid aliorum remanere,ideſt,ſi primæ ſubſtantiæ nõ eſſent,neq; eſſent Genus,Species, Differentia, & vniuerſalia quæ in tantum exiſtunt, in quantũ ſunt primæ ſubſtantiæ;Vnde oritur ratio talis, illud,qđ eſt ꝓpter aliud,eſt per accidẽs.5.Phy. 1.Sed genus,ſpecies, & alia, ſunt, & exiſtunt propter primas ſubſtãtias; ergo exiſtunt per accidens & ſic habes quomodo genus eſt accidens,& quomodo non eſt accidens , eſt accidens in quantùm exiſtit per accidens , eſt ſubſtantia inquantum dicit quid, & ſubſtantiam ſpeciei: Sed iterum replicatur,probans genus non prædicari in quid,vt eſt prima intentio,id quod per ſe prædicatur de vno,per accidens prædicatur de altero , vt rationale per ſe prædicatur de homine, ergo per accidens de animali;ſed genus,vt eſt prima intẽtio,vt animal,per ſe prædicatur de homine : ergo per accidens prædicatur de leone, ſequitur ex his, quòd genus non prædicatur ꝑ ſe, & in quid de pluribus ſpeciebus: Soluitur ꝙ prædicari per ſe , ſtat duobus modis ; vno modo per ſe propriè, & cõuertibiliter, vt rationale prædicatur de homine per ſe propriè conuertibiliter, vt homo eſt rationalis,& rationale eſt homo; Alio modo per ſe communiter,non propriè,nõ conuertibiliter,vt animal prædicatur de homine per ſe, tamen non conuertitur cum homine , valet enim dicere homo eſt animal,ſed nõ valet dicere, animal eſt homo : tunc dico quòd qñ aliquod prædicatum prædicatur de aliquo ſubiecto per ſe , propriè, & conuertibiliter, tunc illud prædicatum,prædicatur de altero per accidẽs, ſed quando eſt aliquod prædicatum, quod prędicatur de ſubiecto per ſe, communiter;etiam per ſe prædicatur de altero, vt animal per ſe prædicatur homine,& per ſe etiam prædicatur de capra,leone,& de ſingulis ſpecieb' cõtentis ſub ipſo,& ſic genus prædicatur in q̃d: Sed iterum replicatur, & ſubtiliſſimè quidẽ, dicens contra,nam dicit Ariſt.2.top.ca.1. ꝙ à definitione, & proprio, & genere,neceſſe ẽ conuerti:modò, ſi genus conuertitur cũ ſpecie, ergo prædicatur per ſe, propriè , & conuertibiliter,non per ſe communiter,& ſi prędicatur per ſe propriè, ſequitur ꝙ adeo prædicatur de vna ſpecie,quod nõ predicatur de pluribus ſpeciebus, & ſi prædicatur de pluribus ſpeciebus, prædicatur ꝑ accidens,& non in quid dicens ſubſtantiã ſpecierum.Soluunt quidam ignorantes ſocij , ad inuicem ignorantiam tanquàm hæreditatem partientes,& dicunt quòd Ariſt.ibi loquitur de genere cõtractim ſumpto, quod prædicatur de vna ſola ſpecie, non pluribus ſpeciebus, vt homo ẽ animal rationale,non autem loquitur de genere abſolutè ſumpto , vt eſt ipſum animal , quod prædicatur de pluribus ſpeciebus:quãto quidem iſti ſunt groſſiores,tãtò magis aufugiunt ſubtilitatem dubitationis, & confugiunt ad ſolatium miſerorum, ſicut ipſi met, loquela,vultu,& inceſſu,miſerrimi videntur. Ideo iſtorum ignorantiam abominantes, dicamus,& Peripateticè exponentes Ariſtotelem in loco allegato, per ipſum met Ariſt. ꝙ abſque dubio ibi loquitur de genere abſolutè ſumpto, vt eſt animal, tamẽ quando ipſe dicit, quòd neceſſarium eſt genus conuerti:Intelligitur ſecũdum denominationẽ,non ſecũdùm prædicationem: verbi gratia , ſic dicẽdo, animal ineſt homini,ergo ſequitur quod homo eſt animal, nil aliud vult dicere , animal ineſt homini,quàm homo eſt animal:color ineſt albedini,id eſt albedo eſt color & figura ineſt triangulo , ideſt triangulus eſt figura

Dub. *Sol.* *Repl.* *Sol.* *Repl.* *Solut.* *Repl.* *Solutio* *Vera ſolut.*

Digitized by Google

gura, & ſic habes veram intelligentiam textus,.ſ.quòd genus abſolutè ſumptum, nō cōuertit cum ſpecie ſecundùm prædicationem, .n. eſt veluti homo eſt animal, & animal eſt homo, quod quantum ſit falſum, veſtrum ſit iudicium.

Tex.8. *Eorum enim, quæ prædicantur: Alia quidem de vno dicuntur ſolo, ſicut indiuidua, vt Socrates, vt hic, & hoc: Alia verò de pluribus, quemadmodum genera, & ſpecies, & differentia, & propria, & accidentia communiter, ſed non propriè alicui: eſt autem genus quidem, vt animal, Species verò vt homo differentia autem vt rationale; proprium vt riſibile; Accidens vt album, nigrum, ſedere.*

Et quoniam textus iſte de ſe facilis videtur, atque clarus, qui expoſitione indigere nō videtur, ideo ne trāſeat locus ſine linea aliqua dicemus; Et Primò, poſtquàm Porph. aſſignauit generis deſcriptionem, verùm quia tunc eſt recta, & optima definitio, ſeu deſcriptio, quando per ipſam, ſiue definitum, ſiue deſcriptum differt ab omni alio, quod nō eſt ipſum hic Porphy. vt oſtendat huius deſcriptionis bonitatem, atque ipſam non eſſe ſuperfluam, neque diminutam declarat, ꝙ per datam generis deſcriptionem, ipſum genus diuiditur, atq; differt ab omni eo, quod non eſt genus, ideſt differt à ſpecie, differentia, proprio, & ab accidente, & videtur talem innuere rationem, illa deſcriptio eſt bona, quæ nihil ſuperflui continet, nec diminuti, id eſt, quæ neque neceſſaria dimittit, nec nō neceſſaria admittit, & per quā definitum differt ab omni alio: ſed data generis deſcriptio, nihil ſuperflui continet, nec diminuti, & per ipſam genus differt ab omni alio pdicabili, ergo talis Generis deſcriptio eſt bona, & optima: Diuidit iſte textus in quatuor partes, in prima facit quandam diuiſionem eorum quæ prædicantur: In ſecunda ibi (ſicut in diuidua) declarat per exempla, quæ ſunt illa quæ prædicantur de vno ſolo. In tertia ibi (alia verò de pluribus) affert alia prædicata, quæ prædicant de pluribus. In quarta ibi (quemadmodū genera) declarat per exempla, & nominat nomine ꝓprio, quæ ſunt illa quæ prædicantur de pluribus quantùm ad primum, dicit Porp. eorum quæ prædicantur, alia dicuntur.i.prędicantur de vno ſolo.i.ſubiecto, ideſt de ſe ipſo. Alia verò prædicanrur de pluribus, quaſi dicat, ꝙ illa, quæ prædicantur, ſunt duobus modis. Vno modo quæ prædicantur de vno ſolo ſubiecto. Alia verò de pluribus ſubiectis: illa verò quæ prædicantur de vno ſolo, ſunt indiuidua: Sed dices quid intelligit per indiuidua? Reſpondet Porph. & dicit, verùm pro intelligentia, Nota ꝙ indiuiduum eſt duplex, aliud eſt indiuiduum nominatum, vt Socrates, Marius, Ferdinandus, Federicus: & omnia nomina ꝓpria: Aliud eſt indiuiduum ſignatum, & pro nomine demōſtratum, vt hic, & hæc, & hoc Porphirius in hoc tex. qn̄ dicit, ꝙ quædam ſunt quæ prædicantur de vno ſolo intelligit indiuidua tam nominata, quàm ſignata, dicendo Ferdinandus eſt Ferdinandus, ecce ꝙ Ferdinandus prædicatur de vno ſolo .i. de ſeipſo, ſed ſcias ꝙ indiuiduum ſignatum eſt duplex, aliud ſimplex, vt dicendo hic eſt currēs; aliud compoſitum, vt cùm dicimus, hic homo eſt deambulans, dicas reſolutè, ꝙ Porph. in tex. loquitur de indiuiduo nominato, & ſignato, ꝙ non de omni ſignato, ſed tm̄ de ſimplici, & non de compoſito, vt verba oſtendunt: datur etiam aliud indiuiduum, quod omninò ſecari non pōt, vt vnitas, vel mēs; aliud quoq; aſſignatur indiuiduum, quod ob ſoliditatem non pōt diuidi; vt adamas, de quibus Porph. nullam facit mētionem niſi de illis quæ iam ſupra declarata ſunt; Alia verò ſunt quæ prædicantur de pluribus, veluti ſunt Genera, Species, Differentia, Proprium, & Accidens: communiter, ſed non ꝓpriè alicui; Sed Nota, ꝙ illa prædicata, quæ prædicantur de pluribus, ſunt duobus modis; Quędā prædicantur de pluribus ſubſtantialiter, & in quid, vt ſunt genera, & ſpecies, & differentia: Quædam verò quæ prædicātur de pluribus in quale; & accidentaliter, vt ſunt Proprium, & Accidens cōmune Por. dedit exempla tam de his, quæ prædicantur de pluribus ſubſtantialiter, quàm de his, quæ prædicantur accidentaliter: Dices O, Porph. quid intelligis per Genera? dat exemplum, & dicit vt animal, color, figura: animal.n.prędicatur de homine, leone, & elephante, tanq̄ de pluribus ſpeciebus: Sed Dices quare dixit genera, in plurali, & nō dixit genus, in ſingulari? Dicas qm̄ plura ſunt genera.ſ.ꝓpinquū, vt animal, remotum vt corpus animatū; magis remotum vt corpus, & remotiſſimum vt ſubſtantia, vt ergo oſtenderet omnia hæc genera prædicari de pluribus, voluit dicere genera in numero plurali, & nō genus in numero ſingulari; Sed Dubitabis ſi ꝑ genera intelligit propinquum, remotum, magis remotū, & remotiſſimum, quare dedit exemplum de genere propinquo, & non de remoto, vel magis remoto, vel remotiſſimo? Dicas, ꝙ hic intēdit tractare de genere, & de ſpecie, & de illo genere, quod dicit quid, & ſubſtantiā ſpeciei, quod prædicatur in q̄d de ſpecie; & qm̄ nullum genus dicit ſubſtātiam ſpeciei magis intrinſecè, quàm genus propinquum, vt dicit Ar. in c. de ſubſtantia; nā ſi dices quid eſt homo, conuenienter reſpondebis animal, non corpus animatū, neque corpus, ne ſubſtantia, ideo Porph. dedit Exemplum de genere propin-

Dubit. *Solut.* *Dub.* *Solut.* *Dubit.* *Solut.*

Digitized by Google

pinquo,& non de genere remoto, magis remoto, vel remotiſſimo; & adde tu, ꝙ Porph. per genera,non ſolùm intelligit genus ꝓpinquum,remotum,magis remotum,& remotiſſimum;ſed definitiones generum,& differentias generum,& omninò genera ſub alterna, & genera generaliſſima, quæ omnia generaliter prædicātur de pluribus ſpeciebus,vt de capra,cane,& piſce,aſſignat deinde Porphy. exemplum de ſpecie, quaſi interrogatus O, Porph. quid intelligis per ly ſpecies? Reſpōdet,& dicit vt homo in communi, nō hic homo ſingularis:qui homo in communi,dicit,& continet in ſe omnes homines particulares, & prædicatur de pluribus, ideſt de omnibus ſingularibus hominibus, vt Marius ē homo, Ferdinandus eſt homo, Federicus eſt homo. ecce modò ꝙ ly homo cōmunis prædicāt de pluribus,.i.de Mario, Ferdinando,& Federico,& cæteris,qui ſunt plures:Dices quare di-

Dub. xit, ſpecies in plurali?

Sol. Dicas vt oſtendat, ꝙ ſpecies eſt duplex: quædam eſt ſpecies ſubalterna,quæ eſt ſpecies,& gen' reſpectu diuerſorum, quæ prædicantur de pluribus differētibus ſpecie: Quædā eſt ſpecies ſpecialiſſima quæ ſolùm eſt ſpecies,& non genus vt eſt homo,quæ prædicatur de pluribus differētibus numero: Sed Dices, quare dedit exemplū de ſpecie ſpecialiſſima, vt de homine: & non de ſubalterna?Soluas qm̄ ipſe intendit diffinire,

Dub. & conſiderare ſpeciem ſpecialiſſimam,qñ di-

Sol. cit ſpecies prædicatur de pluribus differentibus numero,in eo quod quid:aſſignat deinde exemplum de differentia,& dicit vt rationale:Sed quęres quomodo rationale eſt differētia, quid ſibi vult hoc nomen differentia, Di-

Dub. cas ꝙ illud ꝓ nunc dicitur differētia,ꝑ quod

Sol. aliud differt ab alio,vt ꝑ rationale,homo differt ab equo;ergo rationale,dicitur differentia:Sed iterū interrogabis: quare dixit,differentia in ſingulari,& non in plurali?Dicas ꝙ

Dubit. multi textus habent differentiæ in plurali,tn̄

Sol. ſit quomodocumq; dixit differentia in genere,in cōmuni,& generali:complectendo omnes ſpecies,& omnes differentias,.ſ.differentiam communem,ꝓpriam,& magis ꝓpriam: quæ oēs prædicantur de pluribus,tamen aduertas,ꝙ differētia cōmuniter,& ꝓpria,prædicantur de pluribus ſpeciebus,differētia verò magis ꝓpria prædicatur de pluribus indiuiduis;dat etiam exemplum de proprio,& dicit,vt riſibile,quod ideo dicitur ꝓprium,qm̄ competit vni ſoli ſpeciei,vt homini verū Nota,ꝙ dixit proprium in genere, & in communi oſtendens,ꝙ propriū eſt duplex:Aliud accidentale vt nigredo in coruo,& albedo in cigno;Aliud eſſentiale,vt riſibile,quod ꝓprium eſſentiale prædicatur de pluribus,ſed non de pluribus ſpeciebus, ſed de pluribus.i.de omnibus indiuiduis contentis ſub ſpecie, vt riſibile prædicatur ſolùm de homine, vt de ſpecie,& prædicatur de Frāciſco, Iacobo,& Antonio: dicendo Franciſcus eſt riſibilis, Iacobus eſt riſibilis,& Antonius eſt riſibilis: Proprium aūt accidentale prædicatur de pluribus ſpeciebus,vt nigredo prędicatur de coruo,æbano,& Ethiope:dedit etiam exemplum de accidente, dicens,vt album,nigrum,ſedere vbi per album, & nigrum, innuit accidentia inſeparabilia, quia nigredo nō ſeparatur à coruo,& albedo à cigno,& per ly ſedere in-

nuit accidens ſeparabile: Sed Dubitatur vn- *Dub.*

de eſt, ꝙ Porph. volens exemplificare genus

ſpeciem,& alia prædicabilia,exemplificauit *Solut.*

in primis intentionibus? Dicas qm̄ logicus tractat de ſecundis intentionibus, quæ verificantur in primis intentionibus, ideo nominauit genus, quod eſt ſecunda intentio, quæ ſecunda intentio verificatur primæ intentioni,quæ prima intentio eſt, animal, vel color, vel figura,& ſimiliter de alijs,vt cū dico ſpecies,id eſt homo,differentia,vt rationale, ꝓprium vt riſibile;accidēs,vt ſedere,ſtare,de-

ambulare:Amplius Dubitatur, nā dicit Por. *Dub.*

ꝙ indiuidua prædicantur de vno ſolo, quod videtur falſum:nā Ar.in c.de ſubſtantia, vult

ꝙ à prima ſubſtantia nulla eſt ꝑdicatio:Præ- *Confirmatio.*

terea confirmatur, nam tunc aliquod prædicatur de aliquo, qñ ineſt illi, vt ſumi pōt ab Ar.4.Phy.c de ineſſe;ſed indiuiduum nō ineſt ſibi ipſi,vt manifeſtè apparet,ergo indiuiduū non pōt prædicari de ſe ipſo,ſed qm̄ de hac re nos fecimus ꝓlixam quæſtionem, vbi determinatum fuit, quomodo indiuiduum prædicatur de ſe ipſo, & quomodo non: ideo vide quæ ibi diximus,tamen breuiter ꝓ nunc, dicamus, ꝙ prædicari ſtat duobus modis, Vno modo ſecundum ſe: Alio modo ſecundum accidens:teſte Ar.1.priorum c.23.tunc dico,ꝙ indiuiduum ſubſtātiæ de quo loquitur Porp. vt eſt ſortes nullo modo prædicatur ſecundū ſe,neq; de ſeipſo, neq; de alio ſubiecto, ſed ſi prædicatur non niſi ſecundum accidens, veluti in loco præallegato determinauit, Ar.& ſi prædicatur ſm̄ accñs,non ſm̄ accñs reducibile ad per ſe, ſed ſecundùm accidens, numq̄ reducibile ad per ſe, & innaturaliter, præter naturalē conſuetudinē, inartificialiter, præter regulam artis, præter modum naturalē, ſecundum vocem tm̄,non ſecundum rē æquiuocè inordinatè,non per ſe,non verè,ſed falsò,& accidentaliter,& negatiuè,& ſic poſſet defendi Porph.ſi ipſe aliter voluerit.ſ.ꝙ indiuiduum prædicetur de ſe ipſo per ſe,adeò errauit errore manifeſto,qui corrigi,atque defendi, non pōt: pro his tamen ad longum vide (vt diximus) noſtram quæſtionem, in qua illa videbis,quæ vſq; ad hæc tempora, à nullo fuerunt tracta. Amplius Dubitatur, vnde *Dub.*

eſt ꝙ Porph. non diuiſit omnia quæ prædicā-

tur,

Digitized by Google

tur, ſed tantùm dixit, eorum quæ prædicantur: Alia de vno ſolo, ſicut indiuidua: Alia de pluribus, vt genera, & ſpecies, differentia, ꝓpria, & accidentia; *Solut.* Soluas, qm̃ ꝓpoſitum ſuũ eſt, non omnia quæ prædicantur diuidere ad inuicẽ, ſed ſolùm vt cætera vniuerſalia, quatuor ſicut ſunt differentia, ſpecies, proprium, & accidens, à generis forma proprietateq; ſepararet.

Tex. 9. *Ab ijs igitur, quæ de vno ſolo prædicantur differunt genera: eo ꝙ hæc de pluribus prædicãtur. Ab ijs aũt quæ de pluribus, à ſpeciebus quidem, quã ſpecies & ſi de pluribus prædicantur, non tñ de differẽtibus ſpecie, ſed numero, homo enim cùm ſit ſpecies de Socrate, & Platone prædicatur, qui non ſpecie differunt, ſed numero; animal verò cùm ſit genus, de homine, & boue, & equo prædicatur, qui differunt à ſe inuicem ſpecie, non numero ſolùm.*

Poſtquàm Porph. definiuit ſeu deſcripſit genus & oſtendit talẽ deſcriptionem eſſe optimam. In hoc tex. ponit differentiam inter ea, quæ prędicantur de pluribus, & inter ea, quæ prædicantur de vno ſolo, ac etiam inter ea q̃ prædicantur de pluribus, .ſ. inter quinq; Prædicabilia: diuiditur iſte tex. in tres partes, in Prima ponit differentiã inter genus, & indiuiduum. In ſecũda ibi (ab ijs aũt quæ de pluribus prædicantur) ponit differẽtiã inter genus, & ſpeciem. In tertia ibi (qm̃ ſpecies, & ſi de pluribus prædicatur) aſſignat cauſã, quare genus differt à ſpecie, quantũ ergo ad primum: ait Porph. ꝙ genera, .ſ. ꝓpinquũ, vt animal, adde tu & remotum, vt corpus animatũ, & magis remotum, vt corpus: & remotiſſimum vt eſt ſubſtantia, differunt ab ijs, .ſ. indiuiduis: aſſignat cauſam, & dicit eo ꝙ hæc, .ſ. genera, prædicantur de pluribus, .ſ. ſpeciebus v.g. animal, quod eſt genus ꝓpinquum, & corpus animatum quod eſt genus remotum, & corpus quod eſt genus magis remotum: & ſubſtantia quæ eſt genus remotiſſimum, prædicatur de leone, homine, & elephante, dicẽdo homo eſt animal, eſt corpus animatum, ẽ corpus, eſt ſubſtantia, & ſimiliter leo, & elephans, ſunt animalia corpus animatum, corpus & ſubſtantia, indiuidua prædicantur de vno ſolo ſubiecto, nõ intelligas tu de vno ſolo ſubiecto, id eſt de vna ſola ſpecie, quia eſt falſum: Sed de vno ſolo ſubiecto, .i. de ſeipſo, dicẽdo, ſortes eſt ſortes: Ab ijs igitur quæ de pluribus, nunc ponit differentiam inter ea q̃ prædicantur de pluribus, & primò inter genus, & ſpeciem, & dicit, ab ijs aũt, quæ de pluribus, ſupple tu, peædicantur, differt genus, à ſpeciebus quidem, .i. & primo differt genus à ſpeciebus, ſi tu dices, ꝙ genus non differt à ſpeciebus, qm̃ ſpecies prædicatur de pluribꝰ, genus etiam prædicatur de pluribus, ergo genus non differt à ſpecie; reſpondet, & dicit, ꝙ & ſi ſpecies prædicatur de pluribus, nõ tñ ꝓdicatur de pluribus differẽtibus ſpecie, ſicut genus, ſed prædicatur de pluribus differentibus numero, v.g. homo, qui eſt ſpecies, prædicatũ de Socrate, & Platone, qui non ſpecie differunt, ſed numero: animal verò, cùm ſit genꝰ prædicatur de homine, boue, & equo, qui à ſe inuicem differunt ſpecie non numero ſolùm, & ſic genus differt à ſpecie: qm̃ genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, & numero, ſed ſpecies prędicatur de pluribus differentibus numero ſolùm, nõ de pluribus differentibus ſpecie: *Dubit.* Sed Dices contra, nã ſi genus differt à ſpecie, ergo differt à ſeipſo: qm̃ inſ.de ſpecie ait Porph. ꝙ genus eſt ſpecies: *Solut.* Soluas ꝙ genꝰ ẽ duplex, quodã generaliſſimũ, vt eſt ſubſtantia, quodã ſublaternũ, vt ẽ aĩal, corpus aĩatum, & corpus, tunc dico, ꝙ illud genus ẽ ſpecies, quod ẽ genus ſublaternum, nõ genus generaliſſimum, qđ genus ſubalternũ, ẽ ſpecies ſubalterna, modò qñ Por. ponit differẽtiam inter genus, & ſpeciẽ, intelligit ſpeciẽ ſpecialiſſimã: vt qñ dicit genus differt à ſpecie, intelligit à ſpecie ſpecialiſſima, quæ ſpecies ſpecialiſſima, prædicatur de pluribus differẽtibus numero, ſpecies verò ſubalterna quæ eſt idẽ ꝙ genus, prædicatur de pluribus differẽtibus ſpecie, veluti genus: *Dubit.* Dices qñ ait Porph. ꝙ ſpecies prædicatur de pluribus differentibus numero, quid intelligit ꝑ plura differẽtia numero? *Sol.* Dicas cũ Ar. 3. Met. 14. ꝙ vnum numero nil aliud eſt, quàm ſingulàre: vnde ſpecies prædicatur de pluribꝰ differẽtibus numero, .i. vnitate, nã ſortes ẽ vnꝰ vnitas ſortis, differt ab vnitate Platonis quẽadmodum ſortes ẽ ens; Plato ẽ ens, ſed illud ens, quod prædicatur de Sorte, non eſt illud ens quod prædicatur de Platone, ex quo defende concluſionẽ, ꝙ ſortes non eſt ens, dico ꝙ non ẽ illud ens, quod prędicatur de Platone, v.g. ſortes habet pedẽ, Plato habet pedẽ, ſed ſortes non habet pedẽ, quẽ habet Plato; *Dub.* Amplius Dubitatur qñ dicit Porph. ꝙ genus prædicatur de pluribus differẽtibus numero, & de pluribus differentibus ſpecie, ſi hoc eſſet verum tunc genus eſſet ſpecies, & genus, *Sol.* Soluunt & dicunt, ꝙ genus, qñ ꝓdicatur de pluribus differẽtibus ſpecie, tunc prædicatur vt genus, quando prædicatur de pluribus differẽtibus numero, tunc prædicatur vt ſpecies: Aliter dici põt, ꝙ ideo genus prædicatur de pluribus differẽtibus numero, qm̃ ſpecies de quibus prædicatur genꝰ, inter ſe numero differunt, vt homo, & leo, inter ſe differunt ſpecie, & numero: nã quæ differunt ſpecie, differunt et̃ numero; Vnde patet ꝙ genꝰ, & ſpecies differunt, & cõueniunt; differunt, qm̃ genus prædicatur de pluribus ſpeciebꝰ, ſpecies

verò

verò non cõuertitur quidem, qm̃ tam genus, quàm ſpecies prædicantur de pluribus differentibus numero ſolùm, genus de pluribus Differentibus numero, & ſpecie tñ nota, ꝙ ſpecies prædicatur de pluribus differentibus numero, immediatè, genus verò mediate, vt ſi quis aſſignauerit quid eſt Franciſcus, immediatè reſpondebis per ſpeciem, dicendo, eſt homo, mediante tamen homine, ſpecie, potes dicere, eſt animal, veluti ſeipſum exponit Ar. in c. de ſubſtantia, qñ dixit, quid eſt quidam homo, ſpeciem quidem, quàm genus aſſignãdo familiarius aſſignabis, ex quo habes, quòd licet genus & ſpecies conueniãt in hoc, quòd vtraque prædicantur de pluribus differentibus numero, differunt etiam in hoc, qm̃ vnum immediatè vt eſt ſpecies, alterum mediatè, vt eſt genus.

Tex.10 *A proprio verò differt genus, quoniam propriũ de vna ſola ſpecie, cuius eſt proprium prædicatur, & de ÿs (quæ ſub ipſa ſpecie ſunt) indiuiduis, quemadmodum riſibile de homine ſolo, & de particularibus hominibus; genus autem non de vna ſpecie prædicatur: ſed de pluribus, & differentibus.*

Cùm Porp. poſuiſſet differentiam inter genus & indiuidua, ac etiã inter genus, & ſpeciem nunc intendit ponere differentiam inter genus & Proprium. Diuiditur iſte text. in duas partes, in prima parte ponit differentiam, inter genus & Proprium: In ſecunda ibi (quemadmodum) exemplo declarat, quomodo Proprium differt à genere: dicit ergo Porphy. à Proprio, .i. ab accidente ꝓprio eſſentiali, differt genus: qm̃ proprium prædicatur de vna ſola ſpecie, & ſi prædicatur de pluribus, non de pluribus ſpeciebus, ſed de pluribus indiuiduis, id eſt de pluribus ſingularibus hominibus, vt riſibile prædicatur de Franciſco, Sorte, Ticio, & Sempronio, qui ſunt ſingulares homines, vt Franciſcus eſt riſibilis, Sortes eſt riſibilis, & ſimiliter de alijs, Genus autem, vt animal, vel color, vel figura, non prædicatur de vna ſola ſpecie, vt animal non prædicatur de ſolo homine, nec color de ſola albedine, nec figura de ſolo triangulo, ſed prædicarur de pluribus ſpeciebus, differentibus, vt animal prædicatur de leone, homine, & piſce: color de albedine, nigredine, & rubedine: figura verò de triangulo, quadrãgulo, & alijs: *Dub.* hæc ergo eſt differentia quæ reperitur inter genus & accidens proprium: Sed dices, ſi genus, vt dicit Porph. non prædicatur de vna ſpecie, ergo nec prædicabitur de pluribus:

Sol. Soluas ꝙ bene verùm eſt, ꝙ genus non prædicatur de vna ſpecie ſola, ſed prædicatur nõ ſolùm de vna, ſed etiã de pluribus ſpeciebus, v.g. animal quod ẽ genus prædicatur de homine, tamen non de homine ſolo, ſed de pluribus, .ſ. de cane, boue, ceruo, & de omnibus ſpeciebus ſub eo contentis. Amplius Dubitatur ſi proprium prædicatur in quale, genus verò prædicatur in quid, quare porphy. non poſuit differentiam inter genus, & propriũ per hæc. ſ. quod genus prædicatur in quid, & proprium prædicatur in quale, ſicut poſuit differentiam per prædicari de pluribus ſpeciebus, & per prædicari de vna ſola ſpecie? *Dub.*

Sol. Dicas, ommiſſis aliorum nugis, ꝙ Porp. ommiſſit hoc, tanquã clarum, & facile, ꝙ genus differt à proprio per prædicari in quid, & in quale, & cùm ſit facile, derelinquit, qm̃ ars verſatur circa immanifeſta, & difficilia, non autem circa clara & facilia, teſte Ar. 3. Ethic. c. 3. vbi ait circa difficiliora verò ſemper ars, virtuſq; conſiſtit: Amplius dices proprium poteſt ne prædicari de pluribus ſpeciebus? *Dubit.*

Sol. Dicas ꝙ ſic, qm̃ proprium eſt duplex; aliud genericum, vt ſenſibile: aliud ſpecificum, vt riſibile: proprium ſpecificum, nõ prædicatur, niſi de vna ſola ſpecie, proprium verò genericum prædicatur de pluribus ſpeciebus, vt leo eſt ſenſibilis, homo eſt ſenſibilis, & ſic de alijs: Amplius Dubitatur dicens ꝙ genus nõ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, *Dubit.* probatur ſic, nam illa de quibus genus prædicatur, conueniunt in ſpecie, vt dicendo, homo eſt ſpecies; leo eſt ſpecies; ecce modò qu homo, & leo, de quibus genus prædicatur, cõueniunt in ſpecie: qm̃ vterq; eſt ſpecies: Soluas, & optimè ꝙ quamuis homo, & leo dicantur ſpecies, & conueniant in homine ſpeciei, differunt tamen ſpecie .i. in forma ſpecifica .i. definitione: Vnde quando dicit Porph. ꝙ genus prædicatur de ſpecie intelligit hoc modo, videlicet genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie; id eſt forma ſpecifica, id eſt definitione, & ſic dubitatio ſoluitur. *Solut.*

Tex.10 *A differentia verò, & ab ÿs quæ communiter ſunt accidentia, differt genus, qm̃, & ſi de pluribus & differentibus ſpecie prædicantur differẽtiæ & communiter accidentia: non tamen in eo ꝙ quid eſt prædicantur, ſed in eo quòd quale qd eſt, interrogantibus enim aliquibus quid eſt illud de quo prædicantur hæc, genus reſpondebimus, differentias aũt & accidentia non reſpondebimus, nõ enim in eo quòd quid eſt, prædicantur de ſubiecto, ſed magis in eo quod quale quid eſt; Interroganti enim qualis homo ſit dicimus, qm̃ rationalis, & qualis ſit coruus dicimus, qm̃ niger, eſt rationale quidem differentia, nigrum, verò accidens, quando aũt quid eſt homo interrogamur, animal reſpondemus, eſt autem hominis genus animal.*

Iſte tex. eſt adeò clarus, cuius expoſitio poti⁹ indigeret expoſitione; tamen ab inſtituto

non

Digitized by Google

non diſcedentes, dicamus ꝙ poſtq̃ Porph. poſuit differentiam inter genus, & proprium: nũc intendit ponere diſcrimen inter genus, & differentiam, & accidens commune, vt oſtendat generis definitionem eſſe optimè aſſignatam: Diuiditur ille tex. in duas partes principales, in prima parte ponit diſcrimẽ inter genus & differentiam, & accidẽtia communia: in ſecunda ibi (interrogantibus) exemplo declarat, quomodo genus differt à differentia, & ab accidẽte communi, dicit ergo Porp. ꝙ genus differt à differentia, & ab ijs quæ ſunt communiter accidentia, ſiue fuerint accidentia ſeparabilia, vt ſedere ambulare, currere, ſiue fuerint accidentia inſeparabilia: vt albedo in lacte, nigredo in coruo, reddit cauſam, & dicit, qm̃ licet differẽtiæ, & accidentia communia conueniant cum genere, qm̃ prædicantur de pluribus differẽtibus ſpecie, differunt tñ in hoc, qm̃ differentiæ, & accidẽtia communia prædicantur in quale quid, genus verò prædicatur in quid, quod declarat exẽplo, nam interrogantibus aliquibus, quid eſt ſpẽs, vt homo nos reſpondebimus per genus, quod eſt aĩal, qđ genus .i. aĩal, dicit qđ, .i. ſubſtantiam ſpeciei differentiam aũt, & accidẽtia non reſpondebimus, qm̃ non prædicãtur in eo qđ quid eſt de ſpẽ, ſed magis in eo qđ quale quid eſt, interroganti .n. qualis homo ſit dicimus ꝙ eſt rationalis, & qualis ẽ coruus dicimus ꝙ eſt niger, quod rationale eſt differentia hominis, & nigrum eſt accidens corui, qñ verò qđ eſt homo interrogamur, reſpondemus per animal, qm̃ animal eſt genus hominis; vbi Nota, ꝙ ad interrogationem factam per quid, de ſpecie, tunc reſpondemus per genus, ſed ad interrogationem factam ꝑ quid de indiuiduo; tunc reſpondemus per ſpeciem, non per genus vt quid eſt ſortes, non dicimus eſt animal, ſed dicimus eſt homo: Sed Dubitatur ſi differẽtia, & accidentia communia, ꝑdicãtur de pluribus

Dub. differẽtibus ſpecie, in eo ꝙ quale quid: vellem ſcire in quo hæc differunt, illa .n. quæ conueniunt in diffinitione, non differunt, ſed differẽtia vt patet, & communiter accidentia conueniunt in diffinitione, ergo nõ differunt: Soluas:

Sol. ꝙ differentia maximè differt ab accidente, qm̃ differentia ꝑdicatur in quale quid .i. ſubſtãtiale, accidentia prædicantur in quale tm̃ accidẽtale: & ſic inter ſe differunt: Iterum Dubitabis,

Dubit. cùm differẽtia dicatur tribus modis, alia communiter: Alia ꝓpria, alia magis propria, teſte Porp. c. de differentia, de qua differentia loquitur hic Porp.? Dicas ꝙ loquitur de differentia

Solut. magis ꝓpria, quæ penes dicta differt ab accidente cõmuni. Amplius dices ſi ꝓprium prædicatur in quale, ſicut differentia, & accidens cõ-

Dub. mune: propter quid Porphy. non diſtinxit genus à proprio, ꝑ hoc .ſ. quia genus prædicatur in quid, & proprium prædicatur in quale, ſicut diſtinxit ipſum per hoc .ſ. quia genus prædicatur de pluribus ſpeciebus, ꝓprium verò prædicatur de vna ſola ſpecie? Soluas ꝙ prædicari

Solut de pluribus differentibus ſpecie, cõpetit eſſentialiter generi, & prædicari de vna ſola ſpecie, et competit eſſentialiter ipſi proprio, ſed prædicari in quid, competit generi accidẽtaliter, quia competit alteri, .i. ſpeciei, & prædicari in quale competit etiam accidentaliter ipſi proprio, quia competit alteri, ab ipſo .ſ. differẽtiæ, & accidenti communi. Et qm̃ Porph. voluit ponere differentiam inter genus, & ꝓprim: penes ea, ꝑ quæ differunt eſſentialiter, non penes ea, per quæ differunt accidentaliter: ideo diuiſit genus à proprio, ꝑ prædicari de pluribus ſpeciebus, & per prædicari de vna ſola ſpecie, & non per prædicari in quid, & in quale: Hæc ſolutio Achilles reputatur ab omnibus, tamen non caret maxima reprehenſione, vt dicemus.

Quare de pluribus prædicari diuidit genus ab ijs, quæ de vno ſolo, eorum quæ ſunt indiuidua, prædicantur hoc verò de differẽtibus ſpecie: ſeparat ab ijs, quæ ſicut ſpecies prædicantur, vel ſicut ꝓpria in eo aũt quod quid eſt prædicari diuidit à differentijs, & communiter accidentibus, quæ non in eo quod quid eſt, ſed in eo quod quale quid eſt, vel quomodo ſe habet vnum quodq; prædicantur, de ijs de quibus prædicantur: Nil igitur ſuperfluum neq; minus continet dicta deſcriptio. **Tex. 12**

Poſtquàm Porp. aſſignauit generis deſcriptionem, & declarauit in quo differt genus ab indiuiduis, à ſpecie, differentia, ꝓprio, & communiter accidẽte: In pſẽnti tex. concludendo, & epilogando, examinat omnes partes, in deſcriptione generis, non eſſe ſuperfluas, neque diminutas, & per conſequens, dictam generis deſcriptionem non eſſe ſuperfluam, nec diminutam: diuiditur iſte text. in duas partes, in prima facit id quod dictum eſt: In ſecunda ibi (Nihil igitur) concludit generis definitionem, neque mancam eſſe, neq; ſuꝑfluam: ait ergo Porph. ꝙ omnes partes, poſitę in definitione generis, ſũt rectè poſitæ: qm̃ ꝑ illas partes, genus ipſum diuiditur ab omni alio, quod nõ eſt genus, & primò dicit, quare illa particula .ſ. prædicari de pluribus, diuiditi .i. ſeparat genus ab ijs, quæ de vno ſolo ꝑdicantur, q̃ ſunt indiuidua: Secũda particula .ſ. de differentibus ſpecie, ſeparat genus à ſpecie, & à proprio: Tertia particula .ſ. in eo quod quid eſt, diuidit, ſeparat genus à differentijs, & ab accidentibus communibus, quæ non prædicantur in eo quod quid eſt, ſed in eo quod quale quid: Ex quibus clarè ſumitur ꝙ oĩa appoſita in definitione, ſeu deſcriptione generis, optimè fuerũt appoſita: Vnde fiat talis ratio, ꝓbãs generis deſcriptionẽ optimè & congruè eſſe aſſignatã, quæ ẽ talis, omnis deſcriptio, quæ cum deſcripto cõuertitur, congrua iudicatur: atqui hæc deſcriptio gñris

Digitized by Google

cum genere conuertitur: ergo aſſignata deſcriptio congrua iudicabitur, maior ē clara: minor ꝓbatur, nam quæ non continet neq; plus, neq; minus quàm deſcriptum, conuertitur cum deſcripto, ſed aſſignata deſcriptio generis nō cōtinet, neq; plus, neq; minus, quàm genus, ergo hæc deſcriptio generis conuertitur cum genere, nam ſi deſcriptio contineret plus, quàm deberet, vel minus: tunc eſſet vitioſa, quemadmodum ſi diceremus, homo eſt animal rationale bipes, ly bipes, eſt ſupfluum: quoniam ipſo remoto, illud quod remanet, dicit eſſentiam hominis, vt eſt animal rationale, vel ſi diceres homo eſt animal, ſi non apponeres rationale, tūc eſſet diminuta, & homo non differret à brutis, ne ergo Porph. arguatur de ſupfluitate, vel de diminutione, & ſeruando regulam Ar. 6. top. in 1. loco ſuperfluitatis, voluit nil ſuperflui addere, nec neceſſarium remouere à generis deſcriptione: patet ergo quid ſit genus, & quot modis dicatur genus, & de quo genere loquantur Philoſophi, & à quibus differat genus.

DE SPECIE CAP. III.

Tex. 13 *SPECIES autem dicitur quidem & de vniuſcuiuſq; forma. ſecundum quā dictum eſt Priami ſpecies digna eſt imperio. Dicitur autem ſpecies & ea, quæ eſt ſub aſſignato genere. Secundùm quam ſolemus dicere hominem quidem ſpeciem animalis, cùm ſit genus animal; album autem coloris ſpeciem; triangulum verò figuræ ſpeciem.*

Poſtquàm Porp. in Prologo huius libri propoſuit velle tractare de genere, differētia, ſpecie, ꝓprio, & accidente: quorum cognitio valdè ē vtilis ad doctrinam decem Prædicamentorum Ar. & ad definitionum aſſignationem, ad diuiſiones, & ad demonſtrationes, de quibus conſiderat Ariſt. in primo, & ſecundo libris poſter. iam exequutus fuit tractare de genere, in hoc capite intendit conſiderare de ſpecie, ſeruando illum met ordinem, quem ſeruauit in c. de genere: Primò .n. diuiſit genus in ſuas ſignificationes, ſimiliter facit de ſpecie, cauſa huius ordinis hæc eſt: qm̃ dixit ipſe in c. de genere, ꝙ neq; genus, neq; ſpecies dicitur ſimpliciter .i. vno modo, ſed pluribus modis, ſemper ſeruando morem atq; Ar. conſuetudinem 1. cæli 110 vbi inquit ꝙ qñ nomen eſt multiplex, ſemꝑ peritus Artifex debet diſtinguere illud in ſua ſignificata, deinde determinare de quonam ſignificato intendit pertractare: Sed veritas in Dub. dubium videtur .n. Porph. non conſtare in ſuis dictis: aliud .n. ꝓmittit in prologo, aliud tractat in tractatu in Prologo .n. ponit primò genus, ſecundò differentiam, tertiò ſpeciē: in tractatu aūt, Primò exequitur genus, Secundò ſpeciē, Tertiò differentiam; In vno loco præponit differentiam ſpeciei, in alio loco præponit ſpeciem differentiæ: mirum quid eſt quomodo in tam breui ſpacio ſit immemor, atq; inconſtās eſſe videatur, & qm̃ hæc dubitatio fuit à nobis mota in c. præcedente, ideo candide lector illuc recurre, vbi veram habes ſolutionē Ampli⁹ expoſitores Græci, Arabes, & Latini dubitant omnes, quare Porph. poſt generis conſiderationē, immediatè aggreditur tractatū de ſpecie, Dub. & non de differentia ſicut ꝓpoſuit? Pro ſolutione eſt Notandum, ꝙ natura correlatiuorum ē, Sol. vt vnum dependeat ab altero, & alterum ē ꝓpter alterum, & vnum cognoſcitur ꝑ reliquum, immò vnum non poteſt eſſe ſine alio, & qm̃ 2. Met. 4. ſicut res ſe habet ad eſſe, ſic ſe habet ad cognoſci, iure ergo & meritò Porph. videns ꝙ genus, & ſpecies ſunt duo correlatiua, quorum vnum dependet ab alio, & alterum eſt, & cognoſcitur per alterum, & cognito vno, oportet ſtatim cognoſcere reliquum: ideo poſt gen⁹ immediatè, verba fecit de ſpecie: Aliter dici pōt, Alia ſolutio. ꝙ ideo poſt genus, tractat de ſpecie: quoniam regula ē Ar. 1. poſt. 1. ꝙ omnis ſcientia tam demonſtratiua, q̃ definitiua. 1. Met. 48. debet dari ꝑ partes priores, & notiores, & qm̃ ſpecies ponitur in definitione generis, qñ dicitur, genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, ne Repl. ergo talis definitio detur ꝑ ignota, iō voluit poſt genus ſtatim tractare de ſpecie: Sed replicabis dicens, ſi hæc ſolutio eſſet vera, tunc debuiſſet primò tractare de ſpecie, deinde de genere, & probatur: nam dictum ē, ꝙ definitio debet dari ꝑ partes priores & notiores ipſo definito: modò ſi genus definitur ꝑ ſpeciem, ergo ſpecies deberet eſſe prior, & notior, ipſo gñre, immò prius conſiderata: Huic rationi reſpon- Solutio detur hoc modo, & pulchra quidē eſt, & difficilis: tū Nota, ꝙ verum eſt, ꝙ partes definitionis debēt eſſe prius conſideratæ, q̃ ipſum definitum; tamē hæc regula non ſemꝑ obſeruatur ab Ar. aliquando .n. prius definit rē, & poſtea declarat partes poſitas in illa definitione, vt in capite de ſubſtantia, vbi definiuit ſubſtantiam ꝑ propriè, principaliter, & maximè, poſtea declarauit quid ꝑ propriè, quid ꝑ principaliter, quid per maximè, idē fecit in 1. poſt. 13. vbi definiens principium demonſtrationis ꝑ propoſitionem immediatam, primò definiuit deinde declarauit partes poſitas in tali definitiōe, ſic etiam 2. Phy. 3. vbi definiens naturam ꝑ motum primò definiuit naturam, deindè declarauit motum tanquàm partē poſitam in definitione naturæ, ſic ergo Porph. imitans Ar. primò definit genus ꝑ ſpeciē, deinde ne ꝑ ignota procedat, tractauit, & declarauit ſpeciē: & hæc eſt cauſa, propter quam ſpecies immediatè ſequi- Alia ſo. tur genus: Aliter ſolui pōt, quoniā in definitione generis poſuit ſpeciē, ne multum tēporis auditorem teneret hæſitantem: ideo poſt genus, ſtatim tractauit de ſpecie: Aliter dici poteſt, ꝙ

Digitized by Google

Alia ſolutio. ſpecies immediatè continetur ſub genere, ſeruans Porph. ordinē immediationis, voluit tractare poſt genus immediatè de ipſa ſpecie: *Alia ſo.* Aliter dici pōt, ideo prius de genere, & immediatè de ſpecie: qm̄ 3. met. 11. ſpecies eſt perfectio generis, & genus ē pfectibile; & qm̄ perfectibile præcedit pfectionē, ſicut materia præcedit formam, & pfectio ſequitur perfectibile, ſicut forma ſequitur materiam, ideo prius de genere, qđ eſt pfectibile, & tenet locum materiæ, & *Alia ſo.* immediatè de ſpecie, tanq̄ de forma, quæ immediatè ſequitur materiam: Vel aliter dicendum ideo prius de genere, & immediatè de ſpecie, qm̄ genus ē compoſitum ex ſpeciebus, 2. poſt. 72. modò pars eſt connexa, & immediatè ineſt toti, meritò poſt gen᷒ tanq̄ totum, immediatè cōſiderat de ſpecie, tanquā de parte immediatè in hærente toti, & contenta ſub toto: *Repl.* Sed Dices cōtra, nā ſimplicia præcedunt compoſita, ꝙ partes præcedunt totum 2. poſt. 72. Sed ſpecies ē principium generis, & eſt ſimplicior genere 2. poſt. 72. ergo prius de ſpecie, q̄ de genere conſiderare debebat: Soluitur ꝙ ordo eſt duplex. Quidam eſt ordo doctrinæ, quidam ē ordo naturæ: qui ordo doctrinæ eſt à toto ad partes, à compoſitis ad ſimplicia; ordo naturæ eſt à ſimplicibus ad cōpoſita, à principis ad principiata, à cauſis ad cauſata, tunc dico, ꝙ Porp. hic ſequutus eſt ordinem doctrinæ, incipiēdo à genere deueniendo ad ſpeciem, non aūt ordinē naturæ ſeruauit; Sed Dubitabis ſi Porph. ſequutus eſt ordinem doctrinæ; qui ē à notioribus 1. Phy. 4. 57. tūc prius tractaſſet de ſpē poſtea de genere, qm̄ ſpecies eſt notior genere 2. poſt. 72. ergo non ſeruauit ordinem doctrinæ, prius conſiderando de genere, deinde de ſpecie: Rñdetur ꝙ ſpecies conſideratur bifariam; Vno modo vt eſt definitum, ſeu totum 1. Phy. 5 Alio modo conſideratur ſpecies, vt ē pars cōtēta ſub genere, tanq̄ ſub toto tunc dico ꝙ ſpecies conſiderata, vt eſt definitum, ſeu totū, ſic eſt notior genere; ſed ſpēs conſiderata, vt eſt cōtenta ſub genere, tunc genus eſt notius ipſa ſpecie: Por. ergo ſequutus fuit ordinē notioritatis ſecundum genus, non aūt ſecundùm ſpetiē quibus ergo ſic ſtantibus, Veniamus modò ad tex. intelligentiam diuiditur iſte tex. in tres partes, in Prima ponit vnā ſpeciei ſignificationem; in Secunda ibi (dicitur aūt ſpecies) ponit aliam ſignificationē ſpeciei, in Tertia ibi (ſecūdùm qđ) ponit exempla de ſpecie, ſecundo mō dicta, quò ad Primum, dicit Porp. aūt, i. poſtq̄ dictum eſt de genere, q. d. dicendum eſt de ſpecie, quot modis dicitur ſpecies; & Primo modo dicitur, Species illa, quæ prędicat de vniuſcuiuſq; forma nil aliud eſt, niſi formoſitas, & pulchritudo proueniens ex bona diſpoſitione corporis, in quantitate, colore, & figura, ac membrorum proportione, debite conmēſurata, ſecundùm quā dictum eſt, ꝙ ſpecies Priami Troianorum regis, digna eſt imperio: qm̄ dignitas corporis arguit dignitatē animæ, vt ex Ar. ſumi pōt 2. de anima 94. vbi inqt ꝙ molles quidem carne, ſunt apti mēte: duri. n. carne, inepti ſunt mente, & quia homo inter cætera animalia, in tactu excedit: ideo prudentiſſimum animalium dicitur, vbi inquit Auer. omnis diuerſitas, quæ eſt in corpore, quo ad compoſitionē membrorum, eſt ex diuerſitate pororum, ex elegātia ergo corporis à poſteriori p effectum cōuincitur diſpoſitio animæ ad virtutes, & ad felicitatē, ſicut ex turpitudine corporis, in proportione membrorum quantitatē, figura, & colore, arguimus malam diſpoſitionē animæ, ad virtutem, & ad felicitatem: Vnde philoſophus 1. ethicor. c. 12. dicit, ꝙ nō ſatis eſt ad felicitatem habilis homo, penitus de formis: Vnde illi qui ſunt monſtruoſi corpore, mente obtuſi iudicandi veniunt: nam monſtrum in corpore, monſtrum in anima, ſecundùm Philoſophos: quia ergo Priamus pulcherrim᷒ fuit corpore, in commenſurata proportione mēbrorum, & in quantitate non nimis magna, nec parua, & in colore medio benè mixto, ex extremis, quinimmò & in figura facie, quò ad oculos, naſū & huiuſmodi: propterea concludebatur ꝙ ipſe etiam in anima pulcherrimus erat, ex optima aptitudine ad felicitatē, & ſingulas virtutes: talis aūt eſt dignus imperio, non ergo mirum, ſi eo viuente, à ſapiētibus dictum fuit, ꝙ ſpecies Priami digna eſt imperio: Alio modo dicitur ſpecies, quæ eſt ſub aſſignato genere, id eſt ſub determinato, immediato, & propinquo genere, dixit ſub aſſignato, i. determinato genere, quoniam ſpecies non ponitur ſub quolibet genere, ſed determinata, propria ſpecies, ſub ſuo determinato, & proprio genere, ſicut non quodlibet fit ex quolibet, vt homo non fit ex frumento, ſed ex ſpermate hominis, tanquàm ex determinata, & propria materia, ſic ſpecies nō ponitur ſub omni genere, ſed ſingulæ ſpecies & determinatæ, ſub ſingulis proprijs, determinatis generibus: & dat exempla Porp. & dicit, ſolemus. n. dicere hominem eſſe ſpeciem animalis, albedinē eſſe ſpeciem coloris, & triangulum eſſe ſpeciem figuræ: Vnde homo reponitur ſub animali, tanquàm ſub proprio ſuo genere, albedo ſub colore: triangnlus ſub figura: Vnde habeas. non ſemper genus præcedit ſpeciem, ſed tantùm illud genus præcedit ſpeciem, quod eſt aſſignatum, & proprium ſpeciei ſuę illud præcedit ſpeciem, vt animal præcedit hominem, non color præcedit hominem, color præcecit albedinem, & figura triangulum; Ex quibus nota, ꝙ ideo dicitur ꝙ genus eſt determinatum ad ſpeciem, quoniam genus etiam continet indiuidua: tñ non immediatè, ſed mediatè: ſpecies verò immediatè, vt ſub animali primò, & immediatè continetur homo, qui eſt ſpeces, deinde Sortes, qui eſt indiuiduum:

D 2 Sed

Dub. Sed Dubitabis cùm ſpecies dicatur nō ſolùm duobus modis, ſed pluribus modis, vt ſpecies quę dicitur forma.1.Phy.60.2.Phy.12.2.de aīa 38.apud rethores & Poetas ſumitur pro aſpectu,& diſpoſitione,quam oſtendit homo in facie pro vt eſt triſtis,aut lætus, aut inimicus: Alio modo apud vulgares ſumitur pro aromate:Alio modo apud communiter loquentes,ſumitur pro particularitate,veluti apud legiſtas qui dicentes aliquid in ſpecie, intelligunt in particulari vt, pro ſpecie intelligunt ſortem; *Sol.* quare Porph.nnmerauit duas tantùm? Dicas, ꝙ non opus eſt numerare omnes ſpeciei ſignificationes, qm̄ ſatis eſt ea dicere, quæ ad logices facultatem attinere videtur:Vel aliter di- *Alia ſolutio.* cendum, ꝙ ideo alias non numerauit, breuitatis cauſa, & ne lectoris animum prolixitate confunderet: Vel aliter dicas,ꝙ voluit illas tā- *Alia ſo.* tùm numerare ſpeciei ſignificationes, quæ faciunt ad ſuum propoſitum, alias non curando cùm potius, confuſionem in animo auditoris, quam diſtinctionem generet: Amplius Dubi- *Dub.* tatur,nam oppoſitorum natura eſt ꝙ,quot modis dicitur vnum,tot modis dicat & reliquum, cùm genus,& ſpecies ſint oppoſita,relatiuè ergo quot modis dicebatur genus,tot modis debet dici ſpecies , ſed genus dicitur tribus modis, ergo tribus modis debet dici ſpecies, ſed *Sol.* numerauit tantùm duas,ergo vnde hoc?Dicas ꝙ licet tot modis dicatur vnum oppoſitū,quot modis dicitur reliquum, non tamen illi modi ſemper explicandi ſunt, ſed illi qui ad propoſitum ſunt vtiles.

Quod ſit etiam genus aſſignantes ſpeciei meminimus, dicentes quòd de pluribus & differentibus ſpecie in eo quòd quid eſt prædicatur, & ſpeciem dicimus id quod ſub aſſignato genere eſt: Noſſe oportet quòd & genus alicuius ē genus et ſpecies alicuius eſt ſpecies, vtrumq; vtriuſq; iccirco neceſſe eſt in vtrorumq; rationibus, vtriſq; vti.

Tex.14 Poſtquàm Porp. aſſignauit duas Speciei ſignificationes,nunc mouet dubium, & dubij ſolutionem affert. Diuiditur iſte tex. in duas partes: In prima mouet dubium, in ſecunda ibi (Noſſe oportet)ſoluit dubitationem; verum ē Notandum, pro dubitationis intelligentia, ꝙ regula eſt Ar.1.poſt.22. contra antiquos quòd in demonſtratione non datur circulus;quoniā idem eſſet prius & poſterius,notum,& ignotū, præmiſſa,& concluſio,quod eſt maximè abſurdum:& quoniam definitio eſt tota demonſtratio.1.poſt.64.2.poſt.46.ideo ſequitur ꝙ tam in demonſtratione, quàm in definitione non poteſt fieri circulus: modò quando definiuit genus definiuit per ſpeciem,dicens,genus eſt id, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie,& definiens ſpeciem,definit per genus, dicens,ꝙ ſpecies ē id, quod ponitur ſub aſſignato genere: ecce quòd poſuit ſpeciem in definitione generis, & genus in definitione ſpeciei: & ſic fit circulus in definitione, quod eſt falsū, & abſurdum: Ex quo lege literam ſic, quod cū genus aſſignantes,in alio capite,ſpeciei meminimus,.i. poſuimus ſpeciem in definitione generis, dicentes,genus eſſe quod prædicatur de pluribus,& differentibus ſpecie in eo ꝙ quid: & ſpeciem dicimus id,quod ē ſub aſſignato genere;Soluit Dubitationem Porph. & dicit verùm eſt Notandum,ꝙ res quæ definiūtur, ſunt duobus modis; quædam ſunt res relatiuæ , vt pater,& filius;dominus,& ſeruus;Quædam verò ſunt res abſolutæ, vt homo , capra, leo: quo ſtante,dicendum,ꝙ non inconuenit, immò eſt neceſſarium,ꝙ res relatiuę ad inuicem definiātur, quoniam vnum relatiuum, non eſt notius alio, neq; vnum eſt prius alio:immò ſunt ſimul natura,vt patet in c.de relatiuis:cùm ergo genus & ſpecies ſint relatiua,meritò Porph.definiuit alterum per alterum,.i.genus per ſpeciē, & ſpeciem per genus : vnde oritur talis ratio. Sicut .n. relatiua ſimul cognoſcuntur, ſic definiuntur: & qm̄ genus ſimul cognoſcitur cum ſpecie,& ſpecies cum genere,meritò genus ſimul debet definiri cum ſpecie , & ſpecies cum genere:ideo lege literam ſic;noſſe autē oportet,ly autem,ſumitur ꝓ ſed;quaſi dicat Porph. ſed oportet (innuens neceſſitatem)noſſe id eſt, ſcire,pro ſolutione huius dubitationis:qm̄ genus alicuius eſt genus.i.genus eſt relatiuum ad ſpeciem , & ſpecies alicuius eſt ſpecies; ideſt, ſpecies eſt relatiua ad genus, idcirco neceſſe ē in vtrorumq; rationibus, .i. deſcriptionibus, vtriſq; vti ideſt genere in deſcriptione ſpeciei & ſpecie in deſcriptione generis:Sed circa dicta Dubitatur, videtur enim genus,& ſpeciem *Dubit.* non eſſe relatiua, & ſi non ſunt relatiua alterū non debet definiri per alterum,quod ſic probatur: ait Ar. in c. de relatiuis ꝙ omnia relatiua ad inuicem conuertuntur,ſed genus non conuertitur cum ſpecie,nec ſpecies cum genere,vt patet ex Porph.c.de genere,ergo genus,& ſpecies non ſunt relatiua:Soluitur,ꝙ genus,& ſpecies poſſunt conſiderari dupliciter, vno modo *Solut.* vt ſunt primæ intētiones,veluti homo, & aīal: Alio modo,vt ſunt ſecundæ intentiones,vt genus, & ſpecies, vt ſunt primæ intentiones, non ſunt relatiua,nec ad inuicem cōuertuntur:Sed *Repl.* Dices contra,ſi hęc ſolutio eſſet vera ſequerē, quòd verum eſſet dicere ſic;Species eſt genus, & genus eſt ſpecies:quod adeo eſt falſum,ꝙ in bona logica,nullo modo conceditur:Soluitur, *Solutio* tamen eſt ſciendum ꝙ genus, & ſpecies, vt sūt ſecundæ intentiones conuertuntur,tamen hoc modo ſcilicet obliquæ, non rectæ, dicendo genus eſt alicuius genus, & ſpecies eſt alicuius ſpecies,non autem genus eſt ſpecies,& ſpecies eſt genus:& hoc modo conceditur, & primo modo abominatur.

Aſſi-

Digitized by Google

Tex. 15 *Aſſignant ergo & ſic ſpetiem; Species eſt, quæ ponitur ſub genere; & de qua genus in eo quod quid eſt prædicatur. Amplius autem ſic quoque. Species ē quæ de pluribus, & differentibus numero, in eo quod quid eſt prædicatur: Sed hæc quidē aſſignatio ſpecialiſſimæ eſt, & quæ ſolùm ſpecies eſt, non autem & genus: alia verò erunt etiam non ſpecialiſſimarum.*

Poſtquàm Porph. more periti artificis diuiſit Speciem in ſuas ſignificationes, dicens, ꝙ Species primo modo dicta, eſt illa, quæ dicitur de forma vniuſcuiuſq; & ſecundo modo dicta eſt illa, quæ ponitur ſub aſſignato genere, & mouit quamdam dubitationem, ipſamq; ſoluit: in hoc tex. intendit aſſignare duas de ſpecie definitiones: ideo diuiditur iſte tex. in tres partes, in Prima affert definitionem ſpeciei: In Secunda ibi (Amplius) affert aliam Speciei definitionem: In tertia ibi (ſed hæc) docet quòd vltima definitio, non competit niſi ſpeciei ſpecialiſſimæ: aliæ verò definitiones ſupradictæ competunt non ſolùm ſpeciei ſpecialiſſimæ: ſed etiam ſpeciei ſubalternæ, quæ non eſt ſpecialiſſima, **Dub.** ſed inquiſitione dignum: Videtur enim ꝙ in hoc text. non aſſignet niſi primam definitionem ſpeciei, & ſecundam in tex. primo, non definiuit ſpeciem, quando dixit ꝙ ſpecies eſt quæ ponitur ſub aſſignato genere: Sed declarauit ſecundam ſpeciei ſignificationem, pul- **Solut.** chra quidem Dubitatio, ſed pro ſolutione Nota, ꝙ verba Porph. ſunt in contrarium, dicit. n. ipſe in hoc tex. ſic aliæ verò erunt & non ſpecialiſſimarum: per quæ verba vult, ꝙ ſupra ſint datæ plures definitiones ſpeciei, vna in primo textu, alia verò in hoc tex. Amplius ait Porph. ſic, ꝙ ſi etiam genus aſſignantes ſpeciei meminimus, dicentes ꝙ de pluribus, & differentibus ſpecie in eo quod quid prædicatur, & ſpeciem dicimus, id quod ſub aſſignato genere eſt, noſſe oportet, ꝙ & genus alicuius eſt genus, & ſpecies alicuius eſt ſpecies, vtrumq; vtriuſq;: idcirco neceſſe ē in vtrorũq; rationibus vtriſq; vti, per quę verba clarè vult, ꝙ in illis verbis, qñ dixit, ꝙ ſpecies ponitur ſub aſſignato genere, ꝙ illa ſit prima definitio ſpeciei, Ipſe autē in hac re dicerem, quòd qñ dicit Porph. ꝙ ſpecies ponitur ſub aſſignato genere, illa non ſit ſpeciei definitio, ſed potiꝰ alia ſignificatio ſpeciei, & ꝙ ſit verum probatur: nã qñ in hoc tex. definit ſpeciē, dicit ſic ſpecies eſt quæ ponitur ſub aſſignato genere, & de qua genus in eo qđ quid eſt prædicatur, per quæ verba dat intelligere, ꝙ hæc ſit ſpeciei definitio, non prima aſſignata in primo tex. ſignum eſt, qm̄ addit illa verba, ſcilicet, & de qua genus prædicatur in eo quod quid eſt: ſed nos volentes, illos qui volunt eſſe diſcordes, concordare, dicimus ꝙ Porph. quando dixit ſpecies ſecundo modo dicta, eſt illa, quæ ponitur ſub aſſignato genere, ſimul habuit oculum numerare ſecundam ſpeciei ſignificationem & tradere eius primam definitionem, & hæc eſt rei veritas: tranſeamus ergo ad tex. expoſitionem, verùm pro eius intelligentia eſt Notandum, ꝙ ſpecies eſt duplex, quædam ſubalterna, & quędam ſpecialiſſima: illa dicitur ſubalterna, quæ pōt eſſe ſpecies, & genus, diuerſo tamen modo conſiderata, veluti Sortes dicitur pater, & filius: dicitur pater, reſpectu filij, ſed dicitur filius reſpectu patris: ſpecies verò ſpecialiſſima, dicitur illa quæ ſolùm ſpecies eſt, non autem genus: veluti homo: quo ſtante ait Porp. ꝙ Antiqui Peripatetici aſſignãt ſpeciem ſic. i. hoc modo, ſcilicet ſpecies eſt, quæ ponitur, adde tu, immediatè ſub genere aſſignato, id eſt, certo, & limitato: de qua ſcilicet ſpecie genus certum, & limitatum, prædicatur in eo quod quid, ideſt prædicatur de ſpecie, dicens quid ideſt, quiditatem, & ſubſtantiam illius ſpeciei. v. g. animal prædicatur de homine, in quid eſſentialiter, quiditatiuè, ſubſtantialiter: color de albedine, & figura de triangulo: Ex quibus omnibus Nota ꝙ ſpecies à Peripateticis tribus in modis definitur, Primo modo, vt comparatur ad genus, quo modo fuit definita in primo text. huius c. vbi dixit, ſpecies eſt quæ ponitur ſub aſſignato genere; Secundò modò definitur ſpecies, vt cõparatur ad genus, vt eſt prædicabile, quo modo fuit definita in hoc text. quando dixit ſpecies eſt illa quæ immediatè ponitur ſub genere, & de qua genus in eo quod quid prædicatur. Tertio modo definitur ſpecies, vt comparatur ad indiuidua, cùm dicitur, ſpecies eſt illa, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero, in eo quod qđ, & hoc modo, in hoc text. definit ſpeciem, quod oſtendit illa particula amplius, quæ ſemper aliquid noui affert q. d. Amplius, & de nouo pręter definitiones dictas de ſpecie, quarum vna fuit vt comparatur ad genus abſolutè, alia verò prout comparatur ad genus, vt eſt prædicabile, nunc datur alia, quæ comparatur ad indiuidua, & eſt iſta, ſcilicet, ſpecies ſupple ſpecialiſſima, ē illa quæ prædicatur de pluribus. i. indiuiduis, numero differentibus, in eo quod quid eſt, quæ definitio vltimo loco tradita, competit ſolum ſpeciebus ſpecialiſſimis; aliæ verò definitiones competunt his, . ſ. ſpecialiſſimis, & alijs, . ſ. ſubalternis vbi Nota, ꝙ addita fuit illa particula ſolũ ad differentiam generis, quod genus prædicatur de pluribus differẽtibus numero ſicut ſpecies, tñ non ſolum qm̄ genus prædicatur etiam de pluribus differẽtibus ſpecie, ſed ſpecies ſolùm de pluribus differentibus numero, i. de indiuiduis ſub ipſa ſpecie contentis, veluti, homo, qui ē ſpecies prædicatur de Socrate, Platone, Ariſtotele, qui ſunt indiuidua, . i. particulares homines, numero differentes: Sed Dubitatur nam regula eſt Auer. 2. poſt. 20. 21. talis ſcilicet **Dub.**

vnius

vnius rei vna eſt definitio, teſte etiã Ar. 7. top. in loco ſexto, ſed ſpecies eſt vna res, vt patet, ergo ſpeciei vna deberet aſſignari definitio, & non plures, cuius oppoſitũ feciſſe videtur Por.

Sol. Soluitur ex Auer. 2. poſt. 2 1. ꝙ non inconuenit vnius rei plures eſſe definitiones, dũmodo habeant vnum ſignificatum, ſed tunc incõueniẽs eſſet quando vnius rei plures eſſent definitiones, habentes plura, & diuerſa ſignificata: cùm .n. de ſpecie tres ſint numero, aſſignatæ definitiones, quia habẽt vnum ſignificatũ, ideo Por. in hoc non venit arguendus:

Dub. Amplius Dubitatur porp. definiens ſpeciem, ait ſpecies eſt quæ prædicatur de pluribus differentibus numero, ideſt de pluribus indiuiduis: contra, nam ſpecies mundi, prædicatur de vno ſolo mũdo, non de pluribus, nam vnus eſt mundus, ſpecies phænicis, de vna tm̃ phænice, non de pluribus, ſic etiã dicimus de luna, de terra, de ſole, quæ omnia, non prædicãtur, niſi de vno ſolo indiuiduo non de pluribus indiuiduis, ergo falſa eſt definitio ſpeciei, dicens ꝙ prædicatur de pluribus, ſed debebat dicere, quæ prædicatur de vno ſolo indiuiduo;

Sol. Soluitur ꝙ ſpecies eſt duplex: quædam, quæ ſaluatur in pluribus indiuiduis, & prædicatur de pluribus indiuiduis, quæ frequentius, & vt plurimum reperitur: Alia ẽ ſpecies, quæ tm̃ ſaluatꝰ in vno indiuiduo, quæ ſpecies rarò eſt: quo ſtante, Dico ꝙ Porph. definiuit ſpeciem, quæ eſt plurimùm, & frequentiùs, veluti eſt illa quæ prædicatur de pluribus, non illam quæ eſt rarò, quæ prædicatur de vno ſolo:

Alia ſolutio. Vel aliter ſoluendum, & primò eſt ſciendũ, quòd ly prædicatur, quod ponitur in definitione ſpeciei, dicit actum, & aptitudinem quaſi dicat Porph. ſpecies prædicatur, id eſt apta nata prædicari de pluribus, & actu prædicatur, loquendo de ſpecie, quæ habet ſub ſe plura indiuidua: Sed dicit aptitudinem, non reducibilem ad actum, in illa ſpecie, quæ ſub ſe non continet vnum indiuiduum, quæ expoſitio eſt Ar. 1. Perihermenias c. 5. quando dixit, vniuerſale eſt aptum natum dici de multis: vnde ſumas ex poſitione hoc modo dicens ſpecies habens ſub ſe plura indiuidua, prædicatur actu de pluribus: ſed ſpecies habens vnum indiuiduum, actu prædicatur de illo, aptitudine tamen, & potentia logica, non reducibili ad actum prædicatur de pluribus:

Dub. Sed dices, ſi ſpecies ſunt duæ, vna quæ prædicatur de pluribus, alia quæ prædicatur de vno ſolo indiuiduo: Vnde eſt ꝙ Porphy. potius definiuit illam, quæ prædicatur de pluribus, quàm illam quæ prædicatur de vno ſolo?

Solut. Soluitur qm̃ ſequutus eſt ea quæ ſunt vt plurimum, non ea quæ ſunt rarò, & qm̃ plures ſunt ſpecies, quæ prædicantur de pluribus, & paucæ, & rariſſimæ ſunt, quæ prædicantur de vno ſolo, meritò Porph. definiuit hanc, & non illã;

Dub. Amplius Dubitatur quæ nã eſt perfectior ſpecies, illa quæ prædicatur de pluribus, an illa quæ prædicatur de vno ſolo? Dicas, verùm pro

Solutio ſolutione eſt ſciendum, ꝙ in aliqua ſpecie eſſe plura indiuidua, pòt dupliciter intelligi: Vno modo ſecundum actualem exiſtentiam pluriũ indiuiduorum. Alio modo ſecundum ſucceſſiuam permutationem, & multiplicationem. Secundò eſt ſciendum, ꝙ vnam ſpeciem habere tm̃ vnum indiuiduum, ſecundùm exiſtentiã, poteſt dupliciter intelligi: Vno modo, ſecundum exiſtentiam illius indiuidui, incorruptibilem, & perpetuam, vt eſt de intelligentijs, & corporibus cæleſtibus: Alio modo, non ſecundum exiſtentiam perpetuam illius indiuidui, ſed ſolùm ſpecici ex ſucceſſiua eorum multiplicatione, propter conſeruationẽ ſpeciei: Quibus ſtantibus defenduntur duæ concluſiones;

Prima concluſio. quarum prima eſt iſta, ſpecies habens vnum indiuiduum ingenerabile, & incorruptibile, eſt perfectior ſpecie habente plura indiuidua corruptibilia, ſiue ſimul exiſtẽtia fuerunt, aut ſimul producta:

Secũda concl. Secunda concluſio, ſpecies habens ſimul plura indiuidua, ſecundùm exiſtentiam, alia ſpecie habente, tantùm vnum indiuiduum ſecundum exiſtentiam, & plura ſecũdum ſucceſſionem ẽ perfectior, & qm̃ hæc potius pertinent ad librum de cælo, ideo non oportet amplius immorari, ibi .n. abundè diximus de hac materia.

Tex. 16 *Planum autem erit, quod dicitur hoc modo, in vnoquoque prædicamento ſunt quædam generaliſſima; & rurſus alia ſpecialiſſima, & inter ſpecialiſſima, & generaliſſima ſunt alia quæ genera & ſpecies dicuntur eadem: Eſt autem generaliſſimum quidem ſupra quod nullum aliud ſit ſuperueniens genus, ſpecialiſſimum autem eſt poſt quod non ẽ alia inferior ſpecies, inter generaliſſimum & ſpecialiſſimum alia, quæ genera & ſpecies ſunt eadem ad aliud tñ & ad aliud ſumpta.*

Cùm aſſignaſſet tres ſpeciei definitiones, quarum duæ competunt tam ſpeciebus ſpecialiſſimis, quàm ſpeciebus non ſpecialiſſimis. i. ſubalternis, tertia, & vlima cõuenit tm̃ ſpeciei ſpecialiſſimæ: nunc vt clariùs liqueat id quod dictum eſt, manifeſtat quæ eſt ſpecies ſpecialiſſima, ſimul declarando genus generaliſſimum, ac etiam genera ſubalterna. Diuiditur iſte tex. in tres partes, in prima parte proponit quod in omni prædicamento datur genus generaliſſimum, & ſpecies ſpecialiſſima, inter quod genus generaliſſimum & ſpeciem ſpecialiſſimã, dantur quædam, quæ ſimul ſunt genera, & ſpecies: In ſecunda parte ibi (eſt aũt) docet quid eſt genus generaliſſimum, & ſpecies ſpecialiſſima; In tertia ibi (ad aliud & ad aliud ſumpta) declarat quomodo eadem poſſunt eſſe genera ſimul, & ſpecies: quò ad primum ait Porph. ꝙ id quod dicitur erit planũ, & manifeſtum, hoc modo videlicet in vnoquoque prædicamento ſunt

Digitized by Google

ſunt quædam genera generaliſſima, & rurſus, ideſt præter genera generaliſſima, ſunt etiam alia quæ ſunt ſpecialiſſima, .i. ſunt ſpecies ſpecialiſſimæ, inter quæ genera generaliſſima, & ſpecies ſpecialiſſimas, ſunt alia quæ eadem dicuntur genera, & ſpecies declarans quid eſt genus generaliſſimum, dicit ſi tu ignoras quid eſt genus generaliſſimum, dico ꝙ eſt illud ſupra quod nullum aliud eſt ſuperueniens genus, & ſpecialiſſimum eſt .i. ſpecies ſpecialiſſima eſt illa, poſtquam non eſt alia inferior ſpecies: Inter quod genus generaliſſimum, & ſpeciem ſpecialiſſimam: alia ſunt quæ eadem genera, & ſpecies: Sed dices quomodo eſt poſſibile ꝙ eadem ſint genera & ſpecies: Reſpondet, & dicit ad aliud tamen, & ad aliud ſumpta, .i. non eſt impoſſibile, ꝙ eadem met poſſint eſſe genera, & ſpecies, tamen reſpectu diuerſorum, & diuerſo modo conſiderata ſunt .n. & dicuntur genera reſpectu inferiorum, & dicuntur ſpecies reſpectu ſuperiorum, & qm̃ iſte tex. eſt facilis, ideo non oportet amplius immorari; Sed circa dicta dubitatur, nam illa quæ differunt definitione, non poſſunt eſſe eadem: ſed ſpecies habet diuerſam definitionem à genere, vt patet in hoc c. ergo ſpecies non poteſt eſſe genus: Soluitur ꝙ ſpecies eſt duplex; Alia ſpecialiſſima; alia ſubalterna, tunc dicas, ꝙ ſpecies ſpecialiſſima eſt illa, quæ habet diuerſam definitionem à genere, & nullo modo poteſt eſſe genus, ſed ſpecies ſubalterna, non habet diuerſam definitionem à genere, ſed habet illam met, quam habet genus, quia ipſa eſt genus, & ſic non refert, ꝙ ſpecies ſit genus, & genus ſit ſpecies, loquendo de ſpecie ſubalterna, & de genere ſubalterno, non autem de ſpecie ſpecialiſſima, & de genere generaliſſimo, quæ ſpecies ſpecialiſſima, adeò differt à genere generaliſſimo (ꝙ nullo modo poteſt eſſe illud) & ſic econuerſo: Amplius Dubitatur, ſic, magis commune, & minus commune ſunt oppoſita, & valdè diſperata, vt intelligenti patet, ſed genus ē magis commune, & ſpecies eſt minus communis, ergo idem poteſt eſſe genus, & ſpecies, qm̃ ſimul idem ſibi ipſi opponeretur, & idem eſſet diuerſum à ſeipſo ſimul: Soluitur ꝙ verum eſt, ꝙ idem eſſe magis commune, & minus commune reſpectu eiuſdem eſt impoſſibile, ſed reſpectu diuerſorum, non ſolùm eſt poſſibile, ſed eſt neceſſariũ, ſic à pari idem poteſt eſſe genus, & ſpecies, nõ reſpectu vnius, ſed reſpectu diuerſorum.

Dub. *Solut.* *Dubit.* *Solut.* *Dub.* *Sol.*

Sit autem in vno quidem prædicamento manifeſtum quod dicitur, ſubſtantia eſt quoddam & ipſa genus; ſub hac autẽ eſt corpus, ſub corpore autẽ animatum corpus, ſub quo animal ſub animali verò rationale animal, ſub quo homo, ſub homine verò Socrates, & Plato, & qui ſunt particulares homines, ſed horum ſubſtantia quidem generaliſſimum eſt, et quod genus ſolùm, homo verò ſpecialiſſimum, & quod ſolùm ſpecies, corpus autẽ ſpecies quidem eſt ſubſtantiæ, genus verò animati corporis, & animatum corpus, ſpecies quidem eſt corporis, genus verò animalis, animal autem ſpecies quidem eſt corporis animati, genus verò rationalis animalis; Sed rationale animal, ſpecies quidem eſt animalis, genus verò hominis: homo verò ſpecies quidem eſt rationalis animalis non autem genus particularium hominum, ſed ſolùm ſpecies, & omne quod ante indiuidua propinqua prædicatur, ſpecies erit ſolùm, non etiam genus.

Cùm declarauit, quid eſt genus generaliſſimũ & quid eſt ſpecies ſpecialiſſima, & genera ſubalterna, & ſpecies ſubalternæ: nunc oſtendit exemplo, vt mos ſuus eſt in Prædicamento ſubſtantiæ, quod eſt illud quod eſt generaliſſimũ, & quod eſt illud quod vocatur ſpecialiſſimum, & quod eſt id quod genus ſubalternum, & ſpecies ſubalterna appellatur: pro quorum intelligentia: Diuiditur iſte text. in duas partes, in Prima parte dat exempla de generaliſſimo, & ſpecialiſſimo, & de genere ſubalterno, & ſpecie ſubalterna, in ſecunda ibi (ſed horum ſubſtantia) nominat, quod eſt id quod eſt generaliſſimum, & quod eſt ſpecialiſſimum, & quod eſt id quod eſt genus ſubalternum, & ſpecies ſubalterna: quantum ad primum, Nota ꝙ datur ſubſtantia, quæ eſt prima, ſupra quam non eſt aliud, ſub qua ſubſtantia eſt corpus, ſub corpore eſt corpus animatum, ſub quo corpore animato eſt animal, ſub animali eſt animal rationale ſub animali rationali eſt homo, ſub homine ſunt particulares homines, vt Sortes, Plato, Franciſcus, & ceteri ſingulares homines: ſcias ergo ſtudens, ꝙ omnium horum ideſt genus generaliſſimum, & ſummum quod ē poſitum in principio huius ſcalæ ſeu arboris, qđ vocatur ſubſtantia, quæ ideo dicitur generaliſſimum, & ſummum genus quoniam adeò eſt prima, & ſumma, ante, & ſupra quam, non eſt aliud genus, neq; alia ſpecies v.g. Rex ideo dicitur ſummus, & primus, qm̃ ſupra ipſum non eſt alius qui imperat ipſi, id autem quod eſt, & vocatur ſpecies, ſpecialiſſima eſt homo, qui homo ideo dicitur ſpecies ſpecialiſſima, qm̃ non continet ſub ſe aliam ſpeciem, ſed tm̃ indiuidua: nam ſi contineret ſub ſe aliam ſpeciẽ, tũc eſſet ſpecies ſpecialiſſima, ſed eſſet ſpecies ſubalterna: & ſic eſt ſpecies ſolùm, non autem genus: vnde, cum non ſit genus, remanet ꝙ homo ſit ſpecies ſpecialiſſima ſolũ, illa verò, quæ ſunt in medio horum, ſ. generis generaliſſimi, & ſpeciei ſpecialiſſimæ .i. inter ſubſtantiam, & hominem, veluti ſunt corpus, corpus animatũ animal, animal rationale vocantur hæc omnia genera ſubalterna, & etiam vocantur ſpecies: non .n. ſunt ſolum genera, neq; ſolum ſpecies, ſed ſunt, & poſſunt vocari, genera ſimul, & ſpecies; & ideo vocantur genera ſubalterna, tñ

Diuiſio tex.

ſcias

ſcias ꝙ vocãtur genera, & ſpecies reſpectu diuerſorum.i.diuerſo modo cõſiderata. v.g. corpus quod eſt ſub ſubſtantia, dicitur ſpecies reſpectu ſui ſuperioris.ſ.ſubſtantię, ſed dicitur genus reſpectu ſui inferioris.ſ. corporis animati, ſic etiam dicimus de corpore animato, & de animali, & animali rationali, vſque ad hominẽ, qui homo non dicitur genus, ſed ſolum ſpecies, qm̃ ſub ſe non continet aliud, quod ſit ſpecies, ſed tantùm indiuidua, vt ſunt ſingulares homines: Vnde oritur hæc ratio, id dicitur genus, quod ſub ſe continet ſpeciem, ſed homo ſub ſe non continet ſpeciem, ſed tm̃ indiuidua, ergo homo non eſt genus, ſed tm̃ ſpecies: ex his ergo omnibus latè patet, quid ſit generaliſſimum,

Dub.

quid ſpecialiſſimum, & quid genus ſubalternum, & ſpecies ſubalterna, & qm̃ textus de ſe eſt clarus, ideo ad alia tranſeamus: Sed non eſt ſilentio tranſeundũ id, quod dicitur in hoc tex. dicit.n.Porph. ꝙ animal rationale eſt genus ad hominem, hoc videtur falſum: qm̃ id eſt genus ad aliquod, quod prædicatur in quid de illo, tanq̃ de ſpecie, & non conuertitur cum illo, hæc eſt regula topica, atqui animal rationale conuertitur cum homine, ergo non eſt genus hominis, nam valet dicere homo eſt animal rationale, & econtra ſcilicet, rationale animal ẽ

Sol.

homo, vt ſapientes videntur aſſerere omnes, ergo Porph. toto cælo aberrare videtur; Soluitur, & pro ſolutione eſt ſciendum, ꝙ apud Por. & multos alios animal rationale non conuertitur cum homine qm̃ non ſolùm prædicatur de homine, ſed etiam de intelligentijs, quæ omnes rationales ſunt, & cùm prædicetur de alijs & non ſolum de homine: meritò non conuertitur cum homine, & cum non conuertatur cum homine, ſequitur ꝙ ſit genus ipſius hominis, ſed ad hoc vt conuertatur animal rationale cum homine, oportet dicit Porph. ꝙ addatur mortale, & ſic conuertitur cum homine, & non erit genus hominis, dicendo homo eſt animal rationale mortale, & ſic valet ècontra: ſcilicet

Dub. Solut.

animal rationale mortale eſt homo: Amplius quæres, quid intelligit Porph. per corpus animatum? Dicas ꝙ id eſt corpus animatum, qđ augetur, nutritur, & generat ſibi ſimile, vt plãtæ augẽtur, creſcunt, nutriuntur & generant ſibi ſimile, id eſt generant plantas, & quæ plantæ non ſunt animalia: quoniam ſunt animatæ; vna tantum anima.ſ.anima vegetatiua. Animal etiam dicitur animatum anima vegetatiua, ſed non ſolum anima vegetatiua, vt ſunt plantæ, ſed etiam anima ſenſitiua. Vnde plantæ vnam tantum habent animam, ſcilicet vegetatiuam, per quam nutriuntur, augentur, & generãt animalia autem duas habent animas, .ſ.vegetatiuam, per quam nutriuntur, augentur, & generant ſibi ſimile, & ſenſitiuam, ꝑ quã ſunt animalia, & ſentiunt, veluti ſunt oſtrea, & ſpongiæ, & bruta omnia, quibus ſi quid cõtrarium aduenerit, ſeu nociuum, lædens ipſa, ſtatim contrahuntur, vbi verò illud abierit, gaudent, ex quibus nota differentiam quæ reperitur inter plantas, & animalia: Vnde valeãt antiqui illi, in quorum numero erat Anaxagoras qui dicebant, plantas eſſe animalia, referente Ar. in libro de plantis c. 1. Ex quo valet dicere animal eſt corpus animatum, ſed non valet dicere corpus animatum eſt animal, qm̃ vt dictum plantæ ſunt corpora animata tamen nõ ſunt animalia: Amplius dubitabis, dicens cum plura ſint prædicamenta, & numero decem; Dub.
Quare Porphyrius, volens declarare genus generaliſſimum, exemplificauit in prædicamento ſubſtantiæ, & non in aliquo aliorum? Sol. Soluas qm̃ 7. met. 4. Ar. ſubſtantia eſt prior quolibet accidente, tempore, natura, cognitione, perfectione, & dignitate, ſine qua ſubſtantia, cætera prædicamenta nouem ſunt accidentia, quæ non poſſunt eſſe ſine ipſa, Porphyr. ſequens ordinem nobilitatis, voluit potius exemplificare in prædicamento ſubſtantiæ, quã in cæteris alijs: Sed Dices immò Porph. debebat aſſi- Repl.
gnare exemplum in alijs prædicamentis; qm̃ exempla debent eſſe clara, teſte Ar. 2. ethicorũ c. 2. vbi ait, oportet pro obſcuris clara exempla inducere, & cum reliqua prædicamẽta ſint accidentia, meritò ſunt clariora & notiora ipſa ſubſtantia, & quantò exempla dantur ꝑ res notiores, & clariores, tantò magis ſunt nota, & clara, illa quæ declarantur, & exemplificantur. Soluas, ꝙ hic Porph. non ſeruauit ordinem Solutio
notioritatis, in dando exemplum in prædicamento ſubſtantiæ, ſed ſeruauit ordinem nobilitatis, ideo exemplificauit in prædicamẽto ſubſtantiæ, & non in alijs.

Quemadmodum igitur ſubſtantia cum ſuprema ſit eo qđ nihil ſupra eã ſit; genus eſt generaliſſimũ Tex. 18
ſic etiam homo, cum ſit ſpecies poſtquàm non eſt alia ſpecies, neq; aliquid eorum quæ poſſunt diuidi in ſpecies, ſed ſolùm indiuidua; (indiuiduum.n. eſt Socrates, & Plato. & hoc album) ſpecies erit ſolum & vltima ſpecies, &(vt dictum eſt) ſpecialiſſima, quæ verò ſunt in medio: eorum quidẽ, quæ ante ipſa ſunt genera. Quare hæc quidem duas habent habitudines, eam quæ eſt ad ea quæ antecedunt ſecundùm quam ſpecies ipſorum eſſe dicuntur: & eam quæ eſt ad poſteriora, ſecundum quam genera ipſorum eſſe dicuntur. Extrema verò vnam habent habitudinem, nam & generaliſſimum ad ea quidẽ quæ poſteriora ſunt habet habitudinem, cùm ſit genus omnium id quod eſt ſupremum: eam verò quæ ad ſuperiora non habet, cùm ſit ſupremum, et primum principium, &(vt diximus) ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus. Specialiſſimum autem, vnam habet ipſum, habitudinem. hanc quidem quæ eſt ad ſuperiora, quorum eſt ſpecies; hanc verò quæ eſt ad poſteriora non diuerſam habet habitudinem, ſed eãdem, & ſpe-

Digitized by Google

& ſpecies indiuiduorum dicitur; Sed ſpecies quidem dicitur indiuiduorum, velut ea continens; ſpecies autem ſuperiorum, velut quæ ab eis continetur.

Cùm Porphyrius declarauit genus generaliſſimum, & ſpeciem ſpecialiſſimam, atque genera ſubalterna: nunc, ex proportione ſpeciei, vult etiam oſtendere nomen generis, & quoniam iſte textus eſt facilis, non indiget nimia perſcrutatione, & continuus eſt ideo non opus eſt diuiſione; ait igitur Porphyrius quòd cùm ſubſtantia ſuprema ſit, & prima ante omnia, cùm nihil ſupra eam ſit ideo dicitur genus generaliſſimum, ſic à pari, homo cùm ſit ſpecies, poſtquam non eſt alia ſpecies, neque aliud eorum, quæ poſſunt diuidi in ſpecies, veluti eſt genus, ſed ſolùm indiuidua, quæ indiuidua ſunt hæc, ſcilicet nominata ſubſtantialia Socrates, & Plato, & hoc album, quod eſt indiuiduum accidentis: duplex .n. eſt indiuiduum, aliud ſubſtantiæ, vt ſortes. Aliud verò accidentis, vt hoc album, ſpecies erit ſolùm & vltima ſpecies (vt dictum eſt) ſpecialiſſima: quæ verò ſunt in medio id eſt inter genus generaliſſimum, & ſpeciem ſpecialiſſimã, eorum quidem quæ ante ipſa ſunt, erunt ſpecies, id eſt reſpectu ſuperiorum dicuntur ſpecies, & reſpectu eorum quæ ſunt poſt ipſa, dicuntur genera: Vnde hæc .ſ. quæ ſunt in medio, quæ vocantur genera ſubalterna, duas habent habitudines, id eſt, reſpectus, vnam habent habitudinem ad ea quæ antecedunt, id eſt ad ea quæ præcedunt, ideſt ad ſuperiora, ſecundùm quam habitudinem ad ſuperiora, ſpecies ipſorum eſſe dicuntur: Aliam habent habitudinem ad poſteriora ideſt ad inferiora, ſecundùm quam, genera ipſorum eſſe dicuntur: Extrema verò quæ ſunt genus generaliſſimum, & ſpecies ſpecialiſſima, habent vnam habitudinem, ideſt vnum reſpectum: nam generaliſſimum habet habitudinem ad ea, quæ ſunt poſteriora, ideſt inferiora, ideſt ad ea quæ ſunt ſub ipſo, & continentur ab ipſo, quia eſt genus omnium ſupremum, & primum principium illorum, eam verò, quæ ad ſuperiora, ſcilicet habitudinem nõ habet, cùm ſit ſupremum & primum principium, & (vt diximus) ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus, Specialiſſimum autem vnam habet habitudinem, illam quæ eſt ad ſuperiora, quorum eſt ſpecies, illam verò quæ eſt ad poſteriora, id eſt ad inferiora, non diuerſam habet habitudinem, ſed eamdẽ, & ſpeces indiuiduorum dicitur, ſed dicitur ſpecies indiuiduorum, velut ea cõtinens: quia continet ſub ſe ipſa indiuidua, & dicitur ſpecies ſuperiorum, velut quæ ab eis continetur: vnde ſpecies dicitur continens, & contenta; reſpectu tamen diuerſorum: Sed Dices, quando dicit Porph. ꝙ inter genus generaliſſimum, & ſpeciem ſpecialiſſimam dãtur quædam, quæ ſunt media, cùm medium ſit multiplex, de quo medio loquitur? ẽ.n. mediũ multiplex, & æquiuocum. 4. cæli 38. nam vbi eſt æquiuocatio, ibi eſt confuſio, & ꝓpterea omne æquiuocum prus diſtinguendum ſicut notum reliquit Ar. 1. cæli 110. eoq; magis, qm̃ non rectum eſt in doctrina demonſtratiua, vti æquiuocis, teſte Auer. 3. de anima 20. 2. de anima 30. & 4. met. 2. mediũ ergo duplex eſt. Aliud naturale: Aliud logicũ: medium naturale ſumitur pluribus modis, & maxime 1. cæli 45. vbi ſumitur medium naturale tribus modis, vno modo ꝓ loco inferiori: Alio modo pro medios phæræ: Alio modo pro medio, quod eſt inter duo extrema contraria, aliquando diuiſit Auer. hoc medium naturale, ſeu reale 4. cæli 26. dicens ꝙ eſt duplex, quoddam eſt medium ſecundùm comparationem, veluti eſt aer, & aqua, quæ ſunt elementa media inter ignem, qui eſt ſimpliciter leuis, & inter terram, quæ eſt ſimpliciter grauis: & hoc modo etiam dicimus, ipſa elemẽta eſſe media inter ſubſtantiam, & accidens, vt dixit Auer. 3 cæli 67. ſimiliter etiam anima intellectiua eſt media inter abſtracta, & materialia, vt patet 2 Phy. 26. quoddã verò eſt medium non per comparationem, ſed per compoſitionem ex extremis; vt patet de coloribus medijs, vt patet 5. Phy. 2. quod medium per compoſitionem eſt duplex 6. Phy. 32. quod ſolùm differt ab extremis, ſecundùm magis & minus, vt tepidum dicitur eſſe medium inter calidum & frigidũ, & quoddam eſt medium ſecundum formam, ſeu qualitatẽ, & ſpecie differt ab extremis, & iſto modo mixtum põt dici medium inter elementa, ex quibus componitur, & loquens Auer. de medio ꝑ compoſitionem, dixit in 1. met. 39. medium quodlibet. aut eſt compoſitum ex extremis ſimplicibus ſimpliciter, aut ex rebus ſimplicibus, in reſpectu mediorum, aut ex formis mediorum. Medium verò logicum, eſt Duplex: Aliud prioriſticum: Aliud poſterioriſticũ: medium prioriſticum, ẽ terminus bis ſumptus in præmiſſis ſyllogiſmi, ante concluſionem, & dicitur prioriſticũ, quatenus definitur in 1. priorum c. 5. vbi dicit Ar. mediũ quidem voco qđ, & ipſum in alio; & aliud in ipſo eſt: medium poſterioriſticum eſt illud, qđ eſt cauſa ſcientiæ, & poſterioriſticum, quoniam illud explicauit Ar. 1. poſt. 7. vbi dixit quòd tunc opinamur ſcire vnumquodq; .ſ. quæſitum, cùm cauſam tanquã medium arbitramur cognoſcere, nam cauſa ẽ medium, vt aſſerit Ar. 2. poſt. 5. quod medium olfecit Ar. 1. poſt 11. vbi ꝓbauit præmiſſas eſſe cauſas, id eſt continẽt medium terminum qui eſt cauſa, de quo quidẽ medio, meminit 2. poſt. 5. vbi dicit contingit itaq; in omnibus quæſtionibus, aut ſi eſt, aut quid eſt medium: cauſa enim eſt medium, quibus ergo ſic ſtantibus, dicimus ꝙ qñ dicit Porphyr. ꝙ quædam ſunt media

Dub. Sol. Quot modis dicitur mediũ.

E

media inter genus generaliſſimum,& ſpeciem ſpecialiſſimam,intelligit media per comparationem, nam in quantùm comparantur ad ſuperiora, dicuntur ſpecies, inquantùm comparãtur ad inferiora, dicuntur genera,& de hoc medio loquitur Porphyrius.

tex.19 *Determinant igitur generaliſſimum genus ita; quod cùm genus ſit: non eſt ſpecies: Et Rurſus ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus, ſpecialiſſimam verò ſpeciem ſic, quæ cum ſit ſpecies, non eſt genus, & quæ cùm ſit ſpecies, in ſpecies diuidere non poſſumus; Adhuc autem & quæ de pluribus, & differentibus numero, in eo quod quid eſt prædicatur. Ea verò quæ in medio ſunt extremorum ſubalterna vocãt genera & ſpecies: & vnũquodq; ipſorum ſpeciem eſſe & genus, ponunt ad aliud tamen, & ad aliud ſumptum: ea enim quæ ſunt ante ſpecialiſſima; vſq; ad generaliſſimum aſcendentia, & genera dicuntur, & ſpecies ſubalterna: vt Agamenon, Atrides, & Pelopides, & Tantalides, & vltimum Iouis.*

Cùm de ſupremo.i.de generaliſſimo gñre, ſubalternis,& de infima.i. de ſpecie ſpecialiſſima dixerit,nunc quod reliquum erat,eadem commemorando ſcribit. Diuiditur iſte tex. in quatuor partes, in prima deſcribit genus generaliſſimum: In ſecũda ibi(ſpecies verò)deſcribit ſpeciem ſpecialiſſimã; In tertia ibi (ea verò q̃ ſunt in medio)deſcribit genera ſubalterna: In quarta ibi (vt Agamenon) vt claram rem faceret, accipit exemplum à genealogia: quantùm ad primum ait Porph. ꝙ ipſi Antiqui Peripatetici determinant,ideſt definiunt,terminus.n. rei, nil aliud eſt niſi definitio rei 1. top. c.de termino: genus generaliſſimum ita, ideſt hoc modo,ꝙ cùm genus ſit,nõ eſt ſpecies neq; poteſt eſſe ſpecies: & Rurſus ſupra quod non eſt aliud ſuperueniẽs genus,.i. illud dicitur genus generaliſſimum,quo nõ eſt aliud genus ſuperius,ſpecialiſſimam verò ſpeciem ſic.i. hoc modo, antiqui Peripatetici determinant, ſeu definiunt,dicentes ſpeciem ſpecialiſſimã, quæ cũ ſit ſpecies,non eſt genus,& quæ cùm ſit ſpecies, in ſpecies diuidere non poſſumus; qm̃ id quod diuiditur in ſpecies,eſt genus teſte Porp. in hoc c.de ſpecie; adhuc autem,id eſt de nouo præter datam definitionem de ſpecie ſpecialiſſima,adeſt alia definitio, quæ eſt talis: ſpecies ſpecialiſſima eſt illa, quæ de pluribus & differentibus numero,in eo ꝙ quid eſt prædicatur, .i.ſpecies ſpecialiſſima eſt illa,quæ prædicatur de pluribus indiuiduis, quæ differunt numero in eo ꝙ quid eſt,dicens quid & ſubſtantiam illorum, nam ad interrogationẽ factam ꝑ quid de indiuiduo, reſpondetur conuenienter per ſpeciem, vt quid eſt Sortes, optimè reſpondetur ẽ homo, qui homo ſpecies dicit quid, ideſt ſubſtantiam ſortis. Ea verò quæ in medio ſunt extremorum,.i. ea quæ ſunt inter genus generaliſſimum,& ſpeciem ſpecialiſſimam,Antiqui Peripatetici vocant genera,& Species,& vnũquodque ipſorum ponunt, dicunt eſſe ſpeciem & genus,ad aliud tamen,& ad aliud ſumptum, id eſt diuerſo modo conſideratum, vt illa, quæ ſunt in medio reſpectu ſuperiorum dicuntur ſpecies,& eadem reſpectu inferiorum dicuntur genera:ea enim quæ ſunt ante ſpeciem ſpecialiſſimam, vſque ad genus generaliſſimũ aſcendentia, & genera, & ſpecies ſubalterna, id eſt ſub alijs poſita,vt Atrides: nunc affert exemplum in genelogijs, nam ſicut ſe habet in genelogijs Iuppiter eſt quoddam principium, & omnium pater ſupremus,qui filiuseſſe non poteſt. Oreſtes verò ſolùm filius erit, Agamenon Oreſtis pater, Atrei filius, Atreus Agamennonis pater, Pelops verò Tantali filius: Eodem modo in generibus & ſpeciebus,quæ apud Philoſophos ſunt nonnulla genera tantũ exiſtunt, vt ſubſtantia, nonnulla ſpecies tantùm, vt homo,nonnulla ſunt genera,ſimul eadem,& ſpecies. Sed Dubitatur, nã dicit Porph. ꝙ ſpecies **Dub.** prædicatur de pluribus indiuiduis quod videtur à veritate alienum: Phænix enim prædicatur de vna ſola phænice,ſol de vno ſole,ſimiliter de luna, & terra, ꝙ ſimilibus, ergo ſpecies non de pluribus indiuiduis,ſed tantum de vno prædicatur: Soluas, verum eſt Notandum, **Sol.** quòd ſpecies ſunt bipartitæ, quædam enim ſunt ſpecies, quæ prædicantur de pluribus indiuiduis, vt homo, capra, leo: Quædam verò que prædicantur de vno ſolo indiuiduo, vt cælum, terra, mundus, ſol, luna, phænix, verum illæ ſpecies, quæ prædicantur de pluribus ſunt multo plures quàm illæ quæ prædicantur de vno ſolo,quo ſtante Dicas,ꝙ verum eſt ꝙ ſpecies prædicatur de vno ſolo indiuiduo, veluti probatum eſt: tamen Porphyrius definiuit illas ſpecies, quæ ſunt plures, & frequentiores, ſequens præceptum Ariſt. 1. poſt. 65.& 181. vbi afferit eorum eſſe demonſtrationes, & definitiones, quæ ſæpe fiunt, id eſt quæ ſunt vt plurimum pro maiori parte: Sed Dubitatur, nam **Dub.** definitio debet competere omni definito, aliter mala eſt definitio, ſi hæc definitio tradita de ſpecie competit tantum ſpeciebus quæ prædicantur de pluribus indiuiduis, & non ſpeciebus quæ prædicantur de vno ſolo indiuiduo,ergo non cõpetit oĩ definitio,& per conſequens non ẽ bona definitio. Reſpondetur ꝙ hæc definitio **Sol.** competit tam ſpeciebus, quæ prædicantur de pluribus indiuiduis quàm ſpeciebus quæ prędicantur de vno ſolo indiuiduo:tamen eſt ſciendum ꝙ prædicari de pluribus intelligitur bifariam: Vno modo actu, alio modo aptitudine,& potentia: tunc dico quòd ſpecies, quæ prędicatur de vno ſolo indiuiduo in actu, prædicatur etiam de pluribus indiuiduis,tamẽ non actu, ſed potentia, & ſic poteſt adaptari defi-

defi-

Digitized by Google

definitio tradita à Porphyrio omnibus ſpeciebus, nam ſi plures eſſent phænices, phænix ipſa, quæ eſt ſpecies, prędicaretur de pluribus, ſic etiam dicimus de ſole, ſi plures eſſent ſoles, & ſi in animo fingantur plures ſoles, & in cogitatione, tunc de pluribus ſolibus indiuiduis, ſol ipſe prædicabitur. Ex quibus omnibus dicim⁹ ſic, ꝙ ſpecies eſt illa, quæ eſt apta nata prædicari de pluribus indiuiduis: Vnde homo eſt aptus natus prędicari de pluribus indiuiduis, & actu prædicatur: Sol verò eſt aptus natus prædicari de pluribus, tñ actu non prædicatur de pluribus, ſed aptitudine tantùm: Sed

Dub. Dices contra, nam primo cæli 20. Auer. ait ꝙocioſa, & fruſtoria eſt illa potentia: quæ non reducitur ad actum, ſi ergo ſol ipſe non actu, ſed potentia prædicatur de pluribus: ergo illa potentia, ſi non reducitur ad actum, ſcilicet, ꝙ ſol actu prædicetur de pluribus, erit potentia ocioſa, & fruſtatoria:

Sol. Dicas, quòd potentia eſt duplex, quædam logica, & quædam phyſica, dicendum ergo, quòd quando eſt potentia Phyſica, ſi non reducitur ad actum, tũc eſt ocioſa: ſed hæc potentia, quam habet ſol, non eſt niſi logica, quæ non reducitur ad actum, & ſic ſoluitur dubitatio.

Dubit. Iterum Dubitatur, qua cauſa Porphyrius vltimo loco poſuit Iouem?

Solut. Dicas propter nominis reuerentiam,

Dub. Præterea ait Porphyrius, quòd ſpecies ſpecialiſſima eſt illa, quæ non habet aliquid ſub ſe inferius, ſi hoc eſſet verum, tunc ſequeretur, quòd homo, qui eſt ſpecies ſpecialiſſima, non eſſet ſpecies ſpecialiſſima, quoniam continet ſub ſe ſingularia;

Sol. Dicas, ꝙ licet homo ſub ſe contineat ſingularia, non per hoc, non dicitur ſpecies ſpecialiſſima, qm̃ tunc non diceretur ſpecies ſpecialiſſima, quãdo contineret ſub ſe aliquod, quod eſſet genus, vel eſſet ſpecies: nam homo non dicitur genus ſingularium hominum, vt ait Ar. 3. met. 11. Sed dicitur ſpecies reſpectu illorum.

tex. 20 *Sed in familijs quidem plerunq; ad vnũ reducuntur principium, verbi gratia ad Iouem; in generibus verò & ſpeciebus, non ſic ſe habet: neq; .n. eſt commune vnum genus omnium ens: nec omnia eiuſdem generis ſunt, ſecũdùm vnum ſuperemum genus, quemadmodum dicit Ariſtoteles, ſed poſita ſint (quemadmodum in prædicamentis dictum eſt (prima decem genera: quaſi prima decem principia; Et ſi omnia quis entia vocet: æquiuocè (inquit) nuncupabit, ſed non vniuocè. Si enim vnum eſſet commune omnium genus ens: vniuocè omnia entia dicerentur: cùm verò decem ſint prima, communio ſecundùm nomen eſt ſolùm, non tamen ſecundùm rationem, quæ ſecundum nomen eſt.*

Cùm Porph. adduxerat exemplum in familijs nũc ne quis crederet ꝙ ſicut in familijs ad vnũ primum omnium patrem ẽ deueniendum, ita fieret in rebus quæ ſunt in prædicamẽtis, vt ad vnum omnium principium, ac genus deuenierent: Ideo dubium hoc remouet in hoc tex. qđ remouendo, dicit, ꝙ non ita ſe habet in generibus, & ſpeciebus prædicamentalibus, ſicut in familijs: quoniam non eſt vnum omnium cõmune genus ens, vt quidam putant: fuerunt .n. quidã, qui in hac opinione erant, vt rerum omnium, quæ ſunt vnum, putarent eſſe genus, qđ ens nuncupatur tractum ab eo, quod dicimus, eſt, omnia enim ſunt, & de omnibus eſſe prædicatur: vltimum ergo omnium genus ens poſuerunt .ſ. quod de omnibus prædicatur: ab eo .n. quod dicimus, eſt, participium inflectentes: ens, appellarunt; Diuiditur iſte text. in. 3. partes: in prima facit quod dictum eſt. In 2. ibi (quemadmodum dicit Ar.) idem auctoritate Ar. confirmat, ꝙ noluit Ar. ponere vnum omnium genus ens, ſed decem ponit eſſe in rebus genera, quaſi decem prima principia: In 3. ibi (vel ſi quis omnia vocet entia) idem ratione probat, .ſ. ꝙ ens non eſt vnum omnium commune genus, & ratio componitur ſic, ſi ens eſſet genus ad decem prædicamenta, de illis prædicaretur vniuocè, ſed non ens prædicatur vniuocè, ergo ſequitur deſtructio añtis, conſequentia eſt clara, quia omne genus vniuocè prædicatur, de ſuis ſpeciebus, vniuocè autem prædicari eſt ſecundùm nomen, & ſecundùm definitionẽ pñ. v. g. animal, cùm ſit genus ad hominem, & equum, de vtroq; ſm̃ nomen atq; definitionem dicitur, homo enim animal eſt, & ſubſtantia animata ſenſibilis, ſic & equus: ens verò ſecundum nomen tantum, non ſecundum definitionem, de decem rerum generibus pr̃, ergo æquiuocè, non vniuocè pr̃: Si quis enim entia vocet, æquiuocè nuncupabit, æquiuocè .n. pñ, eſt, ſecundum nomen, & vocem, & non ſm̃ definitionem communem ſubſtantiam ſignificantem pñ. v. g. homo de homine picto, & de homine vero, pr̃, non vniuocè, ſed æquiuocè, licet .n. homo pictus, homo ſit, tamen definitio hominis, competit homini vero, non autem picto, non eſt enim homo pictus animal rationale, ſicut eſt homo verus, & ita hoc nomen, homo, ad hominem pictum, atq; verum, non ſpecies, vel genus commune eſt, ſed commune ſolùm nomen, vocabulum, atq; vox, quæ æquiuoca dicitur, plura ſignificans; eodem modo ens, & ſi de omnibus pñtis dicitur, ſed quoniam nulla definitio eius inueniri poteſt, quæ omnibus prædicamentis poſſit aptari, idcirco non vniuocè dicitur, de illis .i. vt genus, ſed æquiuocè .i. vt vox, plura ſignificãs: probatur etiam alia ratione, ꝙ ens non ſit genus ad decem prædicamenta, & componitur ſic, ens aut diuiditur in decem prædicamenta, ſicut genera in ſpecies. diuiduntur, vel ſicut totum in partes, vel ſicut vox in ſuas ſignificationes, ſed non diuiditur ſicut genus in ſpecies, neq; ſicut totum in partes, ſed ſicut vox in

Digitized by Google

ſuas ſignificationes, ergo ens non eſt genus ad decem prædicamenta, nec vniuocè de illis pr̄, ſed æquiuocè, ꝙ non diuidatur ſicut genus in ſpecies, probatur ſic, genus cum in ſpecies diuidatur: æqualiter de omnibus prædicatur, nō ſecundum prius, & poſterius non ſecundū magis, & minus: at in prædicamentis eſt ordo, ſecundum prius & poſterius, quoniam ſubſtantia eſt prior omni accidente, natura, definitione, cognitione 7. met. 4. remoto .n. prædicamēto ſubſtantiæ, remouentur omnia prædicamenta, quæ ſunt accidentia, ſed remotis accidentibus, non remouetur ſubſtantia, qm̄ ſubſtantia per ſe ſubſiſtit; accidentia verò exiſtunt in ſubſtantia, & propter ſubſtantiam, ergo ens, vt genus, non poteſt diuidi in decem prædicamenta. Quòd non poſſit diuidi vt totum in partes, probatur: nam omne totum, vel habet partes homeomeras, homogeneas .i. ſimilares, vel habet partes anomeomeras, æterogeneas .i. diſſimilares; Sed ens non diuiditur in decem prædicamenta, neq; vt totum habens partes ſimilares, neq; vt totum habens partes diſſimilares: ergo & minor probatur, non vt totum habens partes ſimilares, quia tale totum habet partes toti ſimiles; quæ ex ipſo toto denominantur nec inter ſe differūt, vt caro: vnaquæq; .n. pars carnis eſt caro, nec in ſubſtantia à carne differunt, teſte Ar. 1. de hyſtoria animal. c. 1. modò ſi ens, vt hoc totum diuideretur in decem prædicamenta, tunc omnia æqualiter entia dicerentur; quod eſt contra Ar. 7. met. 4. vbi ſolā ſubſtantiam ꝓpriè ens nominauit, & in ꝑdicamentis c. de ſubſtantia: prædicamēta verò accidentium non entia, ſed quia entis dicuntur ſequeretur etiam ꝙ pn̄ta inter ſe non differēt, quod valde abominabile eſt, multum .n. ſubſtātia à quantitate, & ab alijs differt, & alia ad inuicem: neq; etiam dici poteſt, ꝙ diuidatur ſicut totum habens partes diſſimilares, quoniā tale totum, non ſolum partes inter ſe, ſed etiā à ratione totius differentes habet, ſed etiā ab ipſo toto non denominatas, ſicut faciei ſunt partes, naſus, oculi, frons, & huiuſmodi, non dicimus naſum eſſe faciem, nec frontem faciem, ſed faciei: at pn̄ta licet inter ſe differant maximè; ab ipſo tamen ente denominantur, quia ſubſtantia dicitur, ens, & qualitas ens & cætera: licet reliqua, non ita perfectiori, digniore ve modo, entia ſicut ſubſtantia, dicantur, cum itaq; neq; vt genus in ſpecies, neq; vt totum in partes diuidi ens, cum in decem prædicamenta partitur, dici poſſit, remanet, vt tanq̄ vox in ſuas ſignificationes diuidatur, & ita conſequenter non poteſt eſſe genus ad decem prædicamenta, nec vniuocè de illis, ſed æquiuocè dicitur, ex quibus omnibus, iam patet ens non dici genus vniuocum ad decem prædicamenta ſed æquiuocum: Sed Dubitabis Ar. n. 4. met.

Dub. & 7. met. per totum aſſerit ens analogicè .i. ſecundum prius & poſterius prædicari de decem prædicamentis, ergo non æquiuocè vt inquit Porph. Dicas ꝙ Porph. quando d. ꝙ ens æquiuocè prædicatur, nō intelligit æquiuocè purè, *Sol.* ſed æquiuocè analogicè, & hoc modo intelligit Ariſt. in locis allegatis.

Decem igitur generaliſſima quidem ſunt, ſpecialiſſima verò in numero quidem quodam ſunt, nō tamen infinito: indiuidua autem quæ ſunt poſt ſpecialiſſima infinita ſunt. Qua propter vſque ad ſpecialiſſima à generaliſſimis deſcendētes, iubebat Plato quieſcere, deſcendere autem per media diuidentes ſpecificis differentijs, infinita verò (inquit) relinquenda ſunt: neque .n. eorum ſcientiam poſſe fieri. *Tex.21*

Cùm ſupra dixerit, pn̄ta non habere vnum genus, ſed ipſa eſſe prima genera, nunc de numero prædicamentorum conſiderat, & de modo aſcendendi in ipſis rerum generibus, declarando et numerum, ſeu multitudinem ſpecierum ſpecialiſſimarum, & indiuiduorum, textus iſte diuiditur in duas partes: In prima determinat numerum prædicamentorum, & ſpecierum ſpecialiſſimarū, & indiuiduorum. In 2. ibi (quapropter) confirmat auctoritate Platonis e indiuidua eſſe numero infinita, quæ cùm ſint infinita de eis non poteſt haberi ſcientia, neq; cognitio: Inquit ergo Porph. genera generaliſſima numero eſſe decem, dixit decem, oſtendens numerum determinatum ipſorum, & ipſa, non poſſe eſſe nec plura, nec pauciora, quia numerus denarius eſt pfectus, teſte Ar. 1. Met. cap. 3. ſpecialiſſima verò multò plura numero quàm generaliſſima; tamen ſi ſunt plura, non ſunt plura & infinita, ſed ſunt plura finita, numero certo, & determinato, & numerabilia ſunt, quem numerum, facilè, ſi quis diſcutiat, & omnium generum ſpecies proſequatur, poſſet agnoſcere: indiuidua verò quæ ſub vnaquaque ſpecie ſunt, vel eo ꝙ tam multa ſunt, & in diuerſis locis poſita, vt de ipſis ſcientia haberi non poteſt, eoq; magis, quia ſunt generabilia, & corruptibilia, nunc enim ſunt, & nunc nō ſunt, quæ cùm ſint infinita, & innumerabilia; & per cōſequens nō ſcibilia, ideo iubebat Plato, ꝙ quàndo deſcendimus à generibus generaliſſimis, tranſeuntes per media oportet illa media .i. genera ſubalterna, diuidere ī ſuas differentias, ſpecificas ſubſtantiales, non accidētales, & cum peruenimus vſq; ad ſpecialiſſimum, quod non amplius diuiditur: in illa ſpecie ſpecialiſſima quieſcere oportet reliquendo indiuidua, quæ ſunt infinita, qm̄ indiuidua propter eorum infinitatem, & qm̄ ſunt generabilia, & corruptibilia relinquenda ſunt ab arte: quoniam non deſeruiunt arti, nec ſcientiæ: qm̄ ars, & ſcientia eſt de vniuerſalibus. 1. poſt. 62. 63. 11. met. 1. de æternis & ꝑpetuis 6. Etich. ca. 4.

Digitized by Google

ca.4.nō de generabilibus & corrupt.7.met.53 & 35.11.met.c.1. Ideo optime Plato, cum quo Ar. conuenit, qui ait & ipſa eſſe relinquenda, & parum, ſeu nihil in arte, & ſcientia exiſtimanda, propter eorum infinitatem, & alia quæ ſunt eis annexa. *Notandum.* (Hinc manifeſtatur error quam maximus illorum, qui aſſerunt propoſitionem de ſingulari ſubiecto confectam, ingredi ſyllogiſmum) quæ quidem indiuidua, multiplici de cauſa dicuntur infinita, vel quia nobis infinita ſunt, ob nimiam eorum multitudinem, ac locorum diuerſitatem, vel in ſeipſis, & quo ad naturam, cum ſint in generatione continua, atque corruptione poſita, cumque non tot facta ſint, nec fient, quin aliqua facienda ſuperſint.

Dub. Sed Dubitatur vnde eſt ꝙ qñ deſcēdimus à generaliſſimo, & deuenimus ad ſpecialiſſimum, oportet tranſire per media, diuidendo ipſa per differentias? Dicas, *Solut.* quoniam non fit, neq; fieri poteſt, ſaltus, ſeu tranſitus do vno extremo in aliud extremum, ſine medio, vel medijs, ſi plura ſint: teſte Ar. 5. de gen. an. c. 1.

Dub. Amplius Dubitatur dicit enim Porph. prædicamenta, ſeu prima principia eſſe decem, non plura, non pauciora: contra nam Ar. 12. met. vltimo ait, ꝙ multitudo principatus ē mala, ſed vnus debet eſſe tātum princeps, falsò ergo aſſerit Porp. dicens prima principia debere eſſe decem, & non vnum. *Sol.* Dicas ꝙ Ar. ibi loquitur in diuinis, in abſtractis, in quibus non eſt niſi vnus princeps, vnum principium .ſ. vnus deus glorioſus Porph. verò loquitur hic de his, quæ ſunt hic, in hoc mundo inferiori. *Repl.* Sed replicabis contra, nam ait Ar. 1. Phy. 50. ꝙ impoſſibile eſt vnum eſſe principium, ergo ſolutio eſt falſa: *Solutio* Soluas, dicens ꝙ qñ Ar. d. impoſſibile eſt principium eſſe vnum, loquitur de principijs generationis, quæ vel ſunt duo, vel tria, non loquitur in diuinis: *Repl.* Sed iterum replicabis cōtra dicens ꝙ in generatione vnum eſt ſolum principium, non duo, non tria, & probatur ex Ariſt. 1. Phy. *69.* vbi ait, vnū igitur principium hæc. *Sol.* Soluas aſſerens, ꝙ verum eſt, ꝙ in generatione eſt vnum principium materiale, ſed requitur aliud, quod eſt formale, & aliud quod eſt priuatio, & ſic non eſt ſolum vnum, ſed tria in diuinis verò eſt vnum principium, quod eſt pur' actus, & pura ratio, & non requiritur materia, nec priuatio.

Dubit. Amplius Dubitatur, contra Por. dicit enim Ar. 1. Phy. 56. prima principia ſunt tria tantum non decem, falsū ergo Porp. aſſerens prima principia eſſe decem. *Solut.* Dicas ꝙ Por. loquitur de primis principijs .ſ. de prędicamētis: ſed Ar. loquitur de primis principijs generationis. *Repl.* Sed dices contra nam dicit Ar. 1. Phy. *67.* ꝙ principia generationis ſunt duo, nō ria, falſa ergo eſt ſolutio. *Solut.* Dicas ꝙ vtrumque dictū eſt verum .ſ. dicere principia generationis eſſe duo, & eſſe tria hoc modo, videlicet ſunt duo principia ꝑ ſe, vt materia, & forma. 1. Phy. *65.* & ſunt tria numerando cum illis, quæ ſunt per ſe illud quod per accidens, quod eſt priuatio, & ſic poſſumus dicere principia generationis eſſe duo, & tria, veluti Ar. 1. Phy. *67.* fateri videtur: *Repl.* Sed iterum replicabis, dicens ꝙ principia generationis ſunt duo, tamen non ſunt materia, & forma. Sed dicit Ar. 2. de gen. an. c. 1. ꝙ ſūt maſculus, & femella. *Sol.* Soluas ꝙ Ar. in 1. Phy. loquitur de principijs intrinſecis quæ ſunt materia, & forma: in libro autem de generatione an. loquitur de principijs extrinſecis, veluti ē maſculus, & femella, & ſic ruunt omnes hæ dubitationes contra Porph. & remanet firma veritas, ꝙ prima principia, quæ ſunt prædicamēta, ſeu genera generaliſſima ſunt decem, non plura, nec pauciora.

Dub. Amplius Dubitatur ait Porph. indiuiduorum non eſſe ſcientiam, contra, nam quorum eſt demonſtratio, illorum eſt ſcientia 1. poſt. *62.* ſed indiuiduorū eſt demon. 1. poſter. 38. ergo indiuiduorum eſt ſcientia. *Solut.* Soluas indiuidua ſm̄ philoſophos eſſe bipartita, quædam .n. ſunt indiuidua æterna, vti ſol, luna, mundus, cælum, terra, phænix, & horum eſt ſcientia, vt ibi ait Ar. quædam verò ſunt indiuidua generabilia, & corruptibilia, vt Sortes, Plato, Sempronius, quorum non habetur ſcientia, & de iſtis loquitur Porph. *Repl.* Sed Dices contra, nam Ar. 7. met. 35. & 11. met. c. 1. aſſerit ꝙ ſingularium .i. indiuiduorum eſt ſcientia; ergo falſa ſolutio. *Sol.* Dicas indiuidua conſiderari bifariam, vno modo ſub ratione particulari .i. vt indiuidua ſunt .i. conſiderare ſortem, vt ſortes eſt .i. vt eſt quidam homo particularis. Alio modo cōſiderantur indiuidua ſub ratione vniuerſali, vt ſortes non conſideratur vt ſortes eſt, ſed conſideratur vt homo eſt, tunc dico indiuiduorum eſſe ſcientiam, quando conſiderantur ſub ratione vniuerſali, non autem quando cōſiderantur ſub ratione particulari. Hæc ſolutio eſt Ariſt. 7. met. 35. & 11. met. 1. *Repl.* Sed Dices cōtra, nam dixit ſupra, ꝙ ideo indiuiduorum nō eſt ſcientia, quoniam ſunt infinita, & corruptibilia, ergo indiuiduorum non poteſt eſſe ſcientia ſub ratione vniuerſali: *Sol.* Dicas, ꝙ vniuerſale, vt ibidem dicit Auer. non eſt corruptibile, primò & per ſe, ſed corrupt. Secundariò, & per accidens. *Repl.* Sed argues contra, probans ꝙ vniuerſale eſt corruptibile. Primò & per ſe, & nō ſecundariò & per accidens, & per conſequens indiuiduorum non eſſe ſcientiam ſub ratione vniuerſali, & probatur ſic, qñ eſt aliquod prædicatum, quod competit duobus indiuiduis, & vni non competit ratione alterius, tunc competit illis ratione tertij, quod ē vniuerſale, ſed eſſe corruptibile competit Sorti, & Platoni, & non competit Platoni ꝓpter ſortem, nec Sorti propter Platonem, ergo competit ratione tertij, quod eſt vniuerſale, ergo vniuerſale eſt primò, & per ſe corruptibile, ergo de indiuiduis non habetur ſcientia ſub ratione vniuerſali:

Soluas

Sol. Soluas dicens, quòd verum eſt ꝙ corruptibile, quod competit ſorti, & Platoni non competit vni ratione alterius, ſed ratione tertij; tñ ſcias hoc ꝙ illud tertium propter quod illud prædicatum .ſ. corruptibile competit indiuiduis, non eſt ipſum vniuerſale, ſed eſt materia prima, quæ ē cauſa generationis, & corruptionis: & ſic ſequitur, ꝙ vniuerſale non eſt prmò
Repl. & per ſe corruptibile. Sed Dices contra, nam
Prouerbiū ē incidis in Scyllam: cupiens euitare Caribdim: Si hæc ſolutio eſſet vera, tunc materia prima eſſet primò, & per ſe corruptibilis, quod ē contra Ariſt. 1. Phy. 82. vbi aſſerit ingenitam & in corrup. neceſſe eſt materiam primam eſſe: Sol-
Solut. uas, ꝙ licet indiuidua ſint corruptibilia ꝓpter materiā primam, tamen ipſa non eſt corruptibilis: Sed contra nam Regula eſt Ar. 1. poſt. 15
Repl. & 2. met. 4. ſemper ꝓpter quod vnumquodq; tale, & illud magis .i. quando eſt aliquod prædicatum quod competit alicui propter aliud, tunc illud prædicatum magis competit illi, vt aqua eſt calida propter ignem, ergo ignis eſt magis calidus ſed eſſe corruptibile competit indiuiduis, propter materiam primam, ergo materia prima eſt magis & primò corruptibi-
Sol. lis, quia eſt cauſa corruptionis in illis: Soluas Dicens regulam Ar. eſſe veram in analogicè dictis .i. in illis in quibus vnum & idem prædicatum competit vni, vt cauſæ, alteri verò, vt cauſato; modo licet materia ſit cauſa corruptionis in indiuiduis, tamen ipſi non competit hoc prædicatum .ſ. ꝙ ſit corruptibilis. v. g. homo ſaltat, homo intelligit, propter animam, tamen anima non magis ſaltat, nec magis intelligit, mancipium eſt ebrium, propter vinū, tñ vinum non eſt magis ebrium, & animal moritur propter gladium, tñ gladius non magis moritur, quam concluſionem firmat Ar. 1. de anima 64 vbi ait, qui dixerat animam intelligere, melius dixerit ipſam texere, vel edificare, ſed homo intelligit mediāte anima, anima, tamen non intelligit ſicut ſortes ſaltat, per ſonum ſonus tamen non ſaltat: Sed ſortes me-
Dub. diante ſono. Amplius Dubitatur diximus de indiuiduis haberi ſcientiam ſub ratione vniuerſali, contra nam tunc ſequeretur de indiuiduis haberi ſcientiam ſub ratione nihili, probatur ex Ar. 1. de anima 8. vbi habet vniuerſale nihil eſt, & 1. poſt. 162. Au. Soluas cum Ar. &
Sol. Auer. ibidem vbi aſſerunt, ꝙ vniuerſale nihil eſt ante ſingularia, ſed eſt aliquid poſt ſingularia, & non eſt aliquid in actu, extra animam,
Solut. ſed eſt aliquid in anima; Amplius Dubitatur, indiuiduorum eſſe ſcientiam vt indiuidua ſūt, non ſub ratione vniuerſali, & probatur ſic: Quorum eſt definitio, eſt demonſtratio: quoniam def. eſt demon. 1. poſt. 64. 2. poſt. 46. Sed indiuiduorum exiſtentium extra animam ſūt definitiones 1. de anima 8. & 1. poſt. 33. Au. ergo indiuiduorum exiſtentium extra animam, quæ ſunt corruptibilia, eſt definitio, & demon. & ſcientia. Soluas cum prædicta Sol. ſ. ꝙ indiuiduorum eſt ſcientia ſub ratione vniuerſali, non ſub ratione par. cuius vniuerſalis eſt ſcien- Sol.
tia 1. poſt. 62. 63. & 11. met. 1. & 7. met. 35. d. n. Auer. 7. met. 55. qui laborat in definiendo ſingularia rerum eternarum, peccat, ex quibus ſumitur, indiuiduorum non eſſe ſcientiam; vt indiuidua ſunt, teſte Ar. 7. met. 53. vbi aſſerit ſic, ſubſtantiarum ſenſibilium ſingularium, neq; def. neq; demonſtratio eſt, eò ꝙ habent materiam, cuius natura talis eſt, vt eſſe, & non eſſe contingat, quare corruptibilia ſunt omnia ſingularia: Vel aliter dici poteſt, quomodo in- Alia ſo.
diuiduorum poteſt eſſe ſcientia, dicendo non ex parte materiæ, ſed eorum eſſe ſcientiam ex parte formæ. Ex quibus omnibus latè patet, indiuiduorum non eſſe ſcientiam, & eſſe ſcientiā de ipſis n. habetur ſcientia ſub ratione vniuerſali, vel ex parte formæ, non ratione particulari, & ſub ratione materiæ, neq; de ipſis habetur ſcientia, ratione, qua ſunt infinita, quoniā res quæ ſunt infinitæ ſunt ignotæ 1. Phy. 35. & inquantum ſunt finitæ, ſunt ſcitæ 1. poſt. 167. imò Auer. 7. met. 43. infinitū non largiri ſcientiam, eoq; magis, qm̄ natura euitat in quod ē infinitum, teſte Ar. 1. de gen. an. c. 1. Si ergo infinitum euitatur à natura, quanto magis ab arte? quæ, in quantum poteſt, imitatur naturam 1. Phy. 22. Indiuidua ergo, vt finita ſunt, ſic ſciuntur, non vt infinita ſunt; & quoniam de hac re multa diximus in noſtro quæſito iam edito, num ſingulare prædicetur, ideo candide lector illuc recurre, & videbis quanta cum doctrina, & hæc, & alia ſunt declarata.

Deſcendentibus igitur ad ſpecialiſſima neceſſe eſt, diuidentes per multitudinem ire, aſcendentibus verò ad generaliſſima, neceſſe ē colligere multudinem in vnum, collectiuum .n. multorum in vnam naturam ſpecies eſt, et etiam magis id quod genus eſt, particularia verò & ſingularia econtrario ſemper in multitudinem diuidunt id quod vnum eſt, participatione .n. ſpeciei plures homines, vnus: particularibus, & ſingularibus: vnus, & communis plures, diuiſiuum .n. ſemper eſt, quod ſingulare eſt: collectiuum autem & adunatiuum quod commune eſt.

Cùm Porphy. expoſuit numerum generum, & ſpecierum, & indiuiduorum, nunc modū aſcen- Tex. 22
dendi, & deſcendendi in vnoquoq; genere declarat. Ideo diuiditur iſte tex. in 2. partes in prima, docet modum deſcendendi: In 2. ibi (aſcendentibus) docet modum aſcendendi: quantum ad primum, ait ꝙ illis qui deſcendūt à generaliſſimo .i. à ſubſtantia & deueniunt ad ſpeciem ſpecialiſſimam ideſt ad hominem, neceſſe eſt diuidere id quod eſt vnum in plura v. g. incipiendo à ſubſtantia, quæ eſt vna, quæ

diuida-

Digitized by Google

diuidatur, dicendo ſubſtantiæ alia eſt corporea, alia eſt incorporea, deſcendendo ad corpus, dicendo corporis: aliud eſt animatum aliud inanimatum: Amplius corporis animati, aliud eſt ſenſibile; aliud inſenſibile; Amplius animalis, aliud ē rationale, aliud irrationale Amplius animalis, rationalis, aliud mortale, aliud immortale, deuenientes ad hominem, qui non diuiditur, quoniam homo eſt species ſpecialiſſima, quæ cùm non ſit genus, diuidi non poteſt hic, ergo eſt modus deſcendendi: (Aſcendentibus verò ad generaliſſimum) hoc eſt illis qui aſcendunt à ſpecialiſſima, vſq; ad generaliſſimum, neceſſe eſt colligere, ſeu componere multitudinem.i.illa quæ ſunt diuiſa, in vnum, nam ſpecies colligit multa indiuidua in vnam naturam.i.multa, ſeu omnia indiuidua conueniunt in vna natura ſpecifica, vt Sortes, & Plato conueniũt in humanitate: verùm genus eſt magis collectiuum.i.plura colligit quam ſpecies.i.multa plura conueniunt in natura generica, quàm in natura ſpecifica, qm̄ genus continet ſub ſe multas ſpecies & omnia indiuidua contenta ſub illis ſpeciebus. Vnde omnes ſpecies, & omnia indiuidua, contenta ſub illis ſpeciebus, conueniunt in natura generica, ideo dicitur genus eſſe magis collectiuũ quàm ſpecies, particularia verò &.i. ſingularia econtrariò, ſemper in multitudinem diuidunt, id quod vnum eſt: participatione enim ſpeciei, plures homines vnus: particularibus autem, & ſingularibus, vnus & communis plures, diuiſiuum autem & adunatiuum quod cõmune, & qm̄ tex. iſte eſt clarus, ideo non oportet in ipſo amplius immorari: Sed Dubitabis quomodo eſt poſſibile, id quod dicitur in tex. .ſ. plures homines eſſe vnum hominem? videtur enim falſum, nam id quod eſt plurificatum, & multiplex, non eſt vnum. Dicas verùm Not. ꝙ pro nunc vnum dicitur bifariam.ſ.vnum numero, & vnum ſpecie: tunc dicendum ꝙ plures homines ſunt vnus homo, in ſpecie non autem vnus homo in numero, & hoc eſt illud quod d. Porphy. participatione ſpeciei plures homines ſunt vnus homo.i. plures homines participant vnam naturam ſpecificam, hoc eſt humanam.

Tex.23 *Aſſignato autem genere, & ſpecie, quid ſit vtrũq; eorum, & genere quidem vno exiſtente, ſpeciebus verò pluribus: (ſemper enim in plures ſpecies: diuiſio generis eſt) genus quidem ſemper de ſpecie prædicatur; & omnia ſuperiora de inferioribus: ſpecies autem, neq; de proximo genere, neque de ſuperioribus, neque enim conuertitur! Oportet .n. aut æqua de æquis prædicari, vt hinnibile de equo: aut maiora de minoribus, vt animal de homine: minora verò de maioribus minimè, neq; enim dices, animal eſſe hominem: quemadmodum hominem dices eſſe animal.*

Cùm Porph. aſſignauit quid eſt genus, & quid ſpecies, & declarauit ꝙ vnum genus ſemper diuiditur in plures ſpecies, nunc breuiter quæ dicta ſunt commemorat, addens omnia ſuperiora de inferioribus prædicari. Diuiditur iſte text. in 2. partes: In prima commemorat (vt dictum eſt.) In 2. ibi (oportet autem) declarát prædicata, quæ prædicantur de ſubiectis, eſſe duobus modis, ex quo aſſignat cauſam, quare ſpecies non prædicatur de genere, neq; de ſuperioribus dicit ergo porp. cum igitur aſſignauerimus quid ſit genus, & ſpecies, & vno exiſtente genere, ſpeciebus verò pluribus.i. ꝙ omne genus ſit quodcumq; ſemper continet ſub ſe plures ſpecies, vt animal ſub ſe continet hominem, leonem, elephantem, & ceteras ſpecies, color continet ſub ſe albedinem, nigredinem, rubedinem, figura triangulum, circulum, & quadrangulum, ex quo dicit, ꝙ ſemper diuiſio generis, fit in plures ſpecies, de quibus ſpeciebus genus prædicatur, vt animal de homine, color de albidine, figura de triangulo, & omnia ſuperiora.i. magis vniuerſalia prædicantur de inferioribus.i. de minus vniuerſalibus ſpecies verò, quæ ſubijcitur generi, & de qua ipſum genus prædicatur, nunquam prædicatur de genere, neque propinquo, neq; remoto, verbi gratia non dicimus, animal eſt homo, neq; corpus animatum eſt homo, neq; corpus eſt homo, nec ſubſtantia eſt homo, ſed benè dicim⁹, homo eſt animal, eſt corpus animatum, eſt corpus, tandem homo eſt ſubſtantia, omnia quæ cùm ſint genera, prædicantur de ſpecie, at cùm ſpecie non conuertuntur: ex quibus ſumitur ſpeciem, adeò eſſe ſubiectum generum, quę nunquam de ipſis prædicatur, teſte Ar in c. de ſubſtantia, & Auer. 1. poſt. 150. 1. poſt. 41. & 2. poſt. 49. vbi aſſerit ſic, genera autem impoſſibile ē cõuertantur de rebus, quibus ſunt genera: Sed Nota ꝙ hic Porph. loquitur de prædicatione naturali, quæ vt d. Au. in c. de dem. & 7. met. 59. 1. poſt. 148. 149. & 151. prædicatio ē duplex: Alia ē naturalis: Alia innaturalis, quæ prædicatio naturalis eſt triplex; prima ē quando accidens prædicatur de ſubiecto, vt lignum eſt album; Secunda qñ cauſa prædicatur de cauſato, vt homo eſt rationalis: Tertia eſt qñ ſuperius.i. genus prædicatur de inferiori.i. de ſpecie vt homo eſt animal: Prædicatio autem innaturalis adhuc eſt triplex: Prima quando ſubiectum prædicatur de accidente, vt album eſt lignum: 2. eſt quando cauſatum prædicatur de cauſa, vt rationale eſt homo: 3. eſt qñ inferius prædicatur de ſuperiori, vt animal eſt homo, quo ſtante ſcias, ꝙ ſi aliquãdo ſpecies prædicatur de genere, poſſumus dicere, ꝙ prædicatur innaturaliter, & præter regulam artis, vt dicendo animal eſt homo, figura eſt triangulus, vel color eſt albedo. Sed Dubitabis, nã ſi quando accidens prædicatur de ſubiecto, tũc Dub

eſt

eſt prædicatum naturale, ergo quando ſpecies prædicatur de genere, erit prædicatum natura, probatur conſequentia. Auer.n. 1. poſt.44. ait ꝙ ſpecies accidit generi, quod confirmatur ex Ar. 1.poſt. 31. vbi ait, quęcumq; neutro modo inſunt, accidentia ſunt; Sed homo, qui eſt ſpecies, non prædicatur de animali, quod ē genus, neutro modo vt ibi patet, ergo ſpecies eſt accidens. *Cōfirmatio.* Amplius confirmatur ex Ar. 1.poſt. 33. vbi aſſerit, ꝙ quæcumq; de ſubiecto dicūtur accidētia ſunt, ſed ſpecies prædicatur de ſubiecto. i. de indiuiduo, vt Franciſcus eſt homo, ergo nulli dubium eſt ſpeciem eſſe accidens, & p̄ qńs naturaliter prædicari de genere, non autē innaturaliter. *Alia cō firmatio.*

Solutio Dicas accidens bifariam ſumi, vel vt diſtinguitur contra ſubſtantiam, vel vt non ponitur in definitione alicuius: tunc dico ꝙ homo, qui eſt ſpecies, non eſt accidens vt diſtinguitur contra ſubſtantiam, quia iam eſt ſubſtantia ſecunda, in c. de ſubſtantia Ar. Sed eſt accidēs, vt non ponitur in definitione v.g. ſi definitur animal, dicimus, ꝙ eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, in qua definitione non ponitur homo, & ſic dicimus, ꝙ homo qui eſt ſpecies, contingit animali, quod eſt genus .i. non ponitur in def. animalis, & ſic firmiter dicas, ſpeciem numquam de genere naturaliter prædicari, ſed ſi prædicatur, non niſi innaturaliter, & ꝙ hoc ſit verum, textus ē in promptu ait.n. Por. (Oportet autem, aut æqua de æquis prædicari) & eſt 2. pars text. In qua aſſignat cauſam, quare ſpecies nō prædicatur de genere, præmictēs vnam diſtinctionem ꝙ prædicata ſunt duobus modis, aut æqua .i. ꝑpria conuertibilia, de æquis .i. de proprijs & conuertibilibus ſubiectis, vt ſunt propria accidentia eſſentialia, propriæ, & ſpecificæ differentiæ, & conuertibiles definitiones, aut maiora .i. genera de minoribus .i. de ſpeciebus, ſed ſpecies non eſt æqualis cum genere, nec eſt maior ipſo genere, ergo ſpecies nō prædicatur de genere, reſtat igitur ꝙ genus prædicatur de ſpecie, & nunquam ſpecies prædicatur de genere.

Dub. Sed Dubitabis probans, genus non prædicari de ſpecie, nam quando ſunt duo, quæ habent diuerſas formas, & diuerſas definitiones, alterum non prædicatur naturaliter de altero, vt homo habet diuerſam definitionem ab equo, qm̄ homo eſt animal rationale, equus eſt animal innibile, non .n. dicimus homo eſt equus: ſed homo, qui eſt ſpecies, habet diuerſam definitionem, & formam ab animali quod eſt genus, nam homo ē animal rationale, animal verò eſt ſubſtantia animata ſenſitiua, ergo ſicut ſpecies non prædicatur de genere, ſic quoq; genus non prædicatur nec debet prædicari de ſpecie.

Sol. Reſpondetur hoc modo ad maiorem illius rationis .ſ. qn̄ ſunt duo quæ hn̄t diuerſas formas, ſeu definitiones, quarum formarum vna non includit reliquam, tunc vna non prædicatur de alia, & ſi prædicatur, falsò prædicat̄, ſed qn̄ ſunt duo, quæ habent plures formas, quarum vna includit reliquam, tunc illud cuius forma includit̄, prædicatur de illo, cuius forma includit, modò forma hominis, ſpeciei includit formam animalis, generis, ergo ſine dubio genus prædicatur de ſpecie, nam forma hominis quæ eſt rationalis includit formam animalis vt eſt ſēſibilitas, & probatur vbi.n. reperitur rationalitas, ibi reperitur ſenſibilitas, at non econtra loquendo tn̄ in his inferioribus, habes ergo candide lector quòd forma generis includitur ſub forma ſpeciei, & per qńs neceſſario omne genus prædicatur de ſpecie, tanquam incluſū de includente.

De quibus autem ſpecies prædicatur; de ijs neceſſario, & ſpeciei genus prædicabitur, & generis genus vſque ad generaliſſimum, ſi .n. verum eſt dicere Socratem hominem, hominem autem animal animal autem ſubſtantiam, verum eſt, & Socratem animal dicere; atq; ſubſtantiam. Semper .n. cum ſuperiora de inferioribus prædicentur: Speciem quidem de indiuiduis prædicabitur; genus autem, & de ſpecie, & de indiuiduo dicitur, .n. generaliſſimum de omnibus ſub ſe poſitis generibus, & ſpeciebus, & indiuiduis ſolùm autem ſpecies de omnibus indiuiduis. Indiuiduum autem, de vno ſolo particulari. Tex 24

Cùm Porph. commemorauit quid ſit genus, & ſpecies nec non prædicata eſſe bifariā, vt æqua de æquis, & maiora de minoribus, nunc tradit regulam, ſeu quodam vtile præceptum, ſumptum tn̄ ab Ar in ante prædicamentis. c. 3. regula ē talis, de quibus n. prædicatur ſpecies, de ijs neceſſario prædicatur genus ſpeciei, & non ſolum genus ſpeciei propinquum, ſed remotum, & non ſolum remotum, ſed remotiſſimum, & qm̄ tex. iſte eſt clarus, & de ſe patet, ideo non indiget diuiſione neq; expoſitione, ideo pro tironibus dicamus quædam: ait .n. Porph. de quibus prædicatur ſpecies, de ijs neceſſariò prædicatur genus ſpeciei, dat exemplum ipſe, & d. vt Socrates eſt homo, homo eſt animal, ecce modò ſi homo qui ē ſpecies, prædicatur de Socrate, ergo animal, quod eſt genus hominis, prædicatur de Socrate, & non ſolùm animal, quod eſt genus propinquum, ſed etiam ſubſtantia, quæ prædicatur de animali, quæ ſubſtantia eſt genus generaliſſimum etiā prædicatur de Socrate, dicendo Socrates eſt homo, homo eſt animal, animal eſt ſubſtantia, ergo à primo ad vltimum, Socrates eſt ſubſtātia. Vnde regula eſt talis, & eſt Ar. in ante prædicamentis, qn̄ alterum de altero prædicatur, quicquid prædicatur de prædicato, prædicatur etiam de ſubiecto illius prædicati, ſed ſubſtantia prædicatur de corpore; corpus p̄dicatur de corpore animato animatum prædicatur de

animali. animal prædicatur de animali rationali, animal rationale prædicatur de homine, homo prędicatur de indiuiduis, ergo valet dicere, Socrates eſt homo, homo eſt animal, animal eſt corpus animatum, corpus animatum ē corpus, corpus eſt ſubſtantia, & ſic vera erit regula de quibus prædicatur ſpecies prædicatur etiam genus ſpeciei, vſq; ad genus generaliſſimum: aſſignat cauſam Porp. huius regulæ, & d. ſemper. n. ſuperiora pñr de inferioribus, & qm̃ ſpecies eſt quid ſuperius ad indiuidua, meritò ſpecies prędicatur de indiuiduis, & genus eſt quid ſuperius ad ſpeciem, meritò etiam p̄dicatur de ſpecie, & vtrumq; .i. tam ſpecies, quam genus prędicatur de indiuiduis, iō dixit ſemper. i. omnia ſuperiora in eadem linea prędicamentali, prædicantur de inferioribus, ex quibus, Nota ordinem quem ſeruat Porp. ſpecies prædicatur de indiuiduis, genus prædicatur de ſpecie, & de indiuiduis, genus verò generaliſſimum prædicatur de genere, vel generibus, ſi plura ſint media, & ſubalterna. i. prædicātur de generibus medijs .i. ſubalternis, & prædicātur etiam de ſpecie .ſ. ſpecialiſſima, & de indiuiduis. v.g. Socrates eſt ſubſtantia, homo eſt ſubſtantia, animal rationale, & corpus animatum, & corpus, eſt ſubſtantia. ecce modo ꝙ ſubſtantia quæ eſt generaliſſimum dicitur. i. prædicatur de omnibus, quę ſub ipſo ſunt inferioribus, ſpecies verò ſpecialiſſima prædicatur de indiuiduis ſolum, vt homo prædicatur de Mario Ferdinando, & Federico, & de alijs indiuiduis, indiuiduum prædicatur tamē non prædicatur de multis, ſed de vno ſolo particulari .i. de ſe ipſo, vt Ferdinandus eſt Ferdinandus: Sed contra dicta dubitatur, ſi regula

Dub. Porp. eſſe vera, tunc ſequerentur multa abſurda, primum quod in vno indiuiduo ſaluarētur omnia prædicabilia, & probatur ſic. Plato eſt homo homo eſt ſpecies, ergo Plato eſt ſpecies. Amplius Plato eſt animal, animal eſt genus, ergo Plato eſt genus, vltra Plato eſt rationalis, rationale eſt differentia, ergo Plato eſt differentia, Plato eſt riſibilis, riſibile eſt propriū, ergo Plato eſt proprium. Amplius Plato eſt albus, album eſt accidens, ergo Plato eſt accidens, & quod peius, Plato eſt quædam ſubſtantia, quædam ſubſtantia eſt aſinus, ergo Plato eſt Aſinus: Multa quoq; ſequerentur abſurda, ſi hæc regula tradita à Porph. eſſet vera: Sed vt omnia hæc euitentur, & ſoluantur, & alia omnia quæ dici poſſent. Nota quòd prædicata 1. poſt. 31. & 32. ſunt duplicia: Alia, quæ ſunt eſſentialia propria. Alia verò quæ ſunt accidentalia, & traſcendentia, quo ſtante Dicas reſo-

Sol. lutè ꝙ regula hæc valet, & eſt veriſſima in prędicatis eſſentialibus, non autem in prædicatis accidentalibus, & traſcendentibus, de quibus loquuntur ſupradictæ rationes. Amplius Du-

Dub. bitabis, ait enim Porph. ꝙ indiuiduum prædicatur de vno ſolo. i. de ſeipſo, hoc eſt cōtra Ar. in c. de ſub. vbi aſſerit, ꝙ à prima ſubſtantia nulla eſt prædicatio; Soluas ꝙ à prima ſubſtantia nulla eſt prædicatio per ſe, verùm prima *Sol.* ſubſtantia prædicatur per accidens, teſte Ari. 1. priorum cap. 23. Sed multa hic eſſent dicenda circa hoc dubium, verum quia iam æditum eſt quæſitum à nobis, vbi diffuſiſſimè fuit hoc pertractatum: ideo in hoc nolo amplius morari, vide ibi, & habebis quantum deſideras.

Indiuiduum autem dicitur Socrates, & hoc album, & hic veniens Sophroniſci filius, ſi ſolus ſit ei Socrates filius. *tex. 23* *Indiuidua autem dicuntur huiuſmodi, quoniā ex proprietatibus conſiſtit vnūquodq; eorum, quarum collectio nunquam in alio eadem erit. Socratis enim proprietates nunquam in aliquo alio particularium erunt eædem. ea verò quæ ſunt hominis proprietates (dico autē eius, qui eſt communis) erunt eadem in pluribus, magis & in omnibus particularibus hominibus, in eo quod homines ſunt.*

Cùm Porph. aſſignauit regulam, quam ſumpſit ab Ar. quæ fuit talis. ſ. de quibus prædicatur ſpecies de ijs neceſſario ſpeciei genus prædicatur, dixit etiam ꝙ indiuiduum prædicatur de vno ſolo particulari, & nō de pluribus, nūc declarat, quæ dicuntur indiuidua, & quare dicuntur indiuidua, & incommunicabilia cum pluribus, ſed tantum prædicatur indiuiduum de vno ſolo, & non de pluribus. Diuiditur iſte tex. in 2. partes in prima, declarat quæ dicuntur indiuidua. In 2. ibi (indiuidua autem) quare dicuntur indiuidua, & ſunt incommunicabilia cum pluribus. dicit ergo, indiuiduum dicitur quod ſub proprio nomine demonſtratur, dummodo tale nomen illi ſoli conueniat, & ſi ſibi ſoli non conueniat, cum nomine illo vel digito, vel oculorum nutu, vel actu, monſtretur, vt Socrates, & hoc dicitur indiuiduum ſubſtātiæ nominatum, vel quod ſub oſtenſione, indicationeq; digiti cadit, vt hoc album, hoc veniens, vel ex aliqua proprietate accidentium, vt ſi quis nolit dicere Socratem, ne fortè ſit alius, etiam hoc nomine dicatur. dicat Sophroniſci filiū, ſi vnus ſerit eius filius. vel ſi ex quolibet alio accidente, demonſtretur ſingularitas. Deinde declarat quare dicūtur indiuidua, d. indiuidua dicuntur quę ex ꝓprietatibus cōſtant, quæ diuidi non poſſunt, vt poſſint in alio inueniri, nam hę carnes, hęc oſſa, & hi nerui cū iſta complexione, nō niſi in hoc vno ſunt, nam ꝓprietates iſtæ naturales, ac indiuiduales omnes collectæ, quæ ſunt in Socrate, non erunt in aliquo alio particularium, velut excellentia in omni ſcientiarum genere, mirabile iudicium, ſubtilitas interpretandi, docti loquentia, copioſa gratia in dicendo, ac diſputando, ſumma virtus, liberalitas, & aliæ innumere & abſolutæ

proprietates, quæ reperiuntur in meo illuſtriſſimo domino FERDINANDO Carrafa vno indiuiduo, nunquam eædem reperientur in alio indiuiduo, & particulari homine, ſed proprietates cõmunes, quæ homini competunt in eo ꝙ homo, quia ſunt ſpeciei humanæ, proprietates omnibus particularibus hominibus cõueniunt, ſicut riſibile, diſciplinabile, & alia huiuſmodi: Ex quibus Nota ex Ammonio ꝙ genera ſpecies, & indiuidua habent quaſdam proprietates, & proprietates generis, & ſpeciei, ſũt in pluribus: proprietates verò indiuiduorum in illo ſolo, cui inſunt indiuiduo. v. g. animalis proprietates ſunt, animatum, & ſenſitiuum, quæ homini equo, & pluribus inhærent ſpeciebus. hominis proprietates ſunt riſibile, mentis capax, diſciplinabile, quæ omnibus inſunt hominibus. Socratis verò proprietates ſunt, eſſe philoſophum, tantæ ſtaturæ, talis figuræ, huius complexionis, & demum illas tibi peculiares retinere proprietates, quæ communiter his duobus verſibus continentur, videlicet.

Forma, figura, locus, tẽpus cum nomine ſanguis,
Patria ſunt ſeptem, quæ non habet vnus, et alter,

Quas proprietates, ita alio modo Socrates habebit, vt alius à Socrate non habeat; & licet aliquid ipſarum, quæ Socrati conueniunt, alteri à Socrate etiam competant, omnes tamen ſimul, quæ ſunt in Socrate, in nullo reperientur altero. Vnde meritò dixit Porph. quarum collectio in aliquo alio, nunquam eadem erit, & hæc eſt cauſa, quare vnum indiuiduum eſt incommunicabile, cum pluribus & ideo dixit Porph. ꝙ indiuiduum non prædicatur de pluribus, ſed de vno ſolo, hoc eſt de ſeipſo.

Continetur igitur indiuiduum quidẽ ſub ſpecie,
Tex. 26 *Species autem ſub genere, totum n. quoddam eſt genus; indiuiduum autem pars: Species verò, & totum eſt, & pars. Sed pars quidem alterius: totũ aũt non alterius. Sed in alijs; in partibus n. totum, eſt de genere igitur & ſpecie & quid generaliſſimum, & ſpecialiſſimum, & quæ genera eadem, et ſpecies ſint, quæ etiam indiuidua, & quot modis genus, & ſpecies dĩtur ſufficienter dictum eſt.*

Cùm Porph. declarauit quæ ſunt indiuidua, & cauſam ob quam dñr indiuidua, nunc comparat ea in coordinatione prẽtali ſm̃ totum, & partem, ſeu nunc declarat ordinem, quem habet indiuiduum cum ſpecie: & ſpecies cum genere: cauſa huius intentionis eſt; qm̃ dixit ſupra, ꝙ ſpecies prædicatur de indiuiduis, & genus prædicatur de ſpecie, vnde ſequitur ꝙ genꝰ prædicatur de indiuiduis, & qm̃ id quod pr̃, vel eſt æquale, vel eſt ſuperius cum eo de quo prædicatur cum genus non ſit æquale cum ſpecie, nec ſpecies cum indiuiduo, ſequitur ꝙ tã genus, quã ſpecies ſit ſuperius genus, dico ſuperius ad ſpeciem, & ſpecies ſuperior ad indiuiduum & inferior ad genus, & indiuiduum inferius ad ſpeciem, & qm̃ inter ſuperius & inferius datur ordo: hac de cauſa hic ponit ordinẽ inter genus & ſpeciem, & inter ſpeciem, & indiuidua. Diuiditur ergo iſte tex. in 3. partes. in prima ponit ordinem inter indiuiduum, & ſpeciẽ & inter ſpeciem, & genus. In 2. ibi (totũ. n.) aſſignat cauſam huius ordinis. In 3. ibi (De genere igitur) in ſumma, & breuiter reaſſumit, & epilogat quæ dicit in c. de genere, & de ſpecie, quò ad primum d. Por. ſi indiuiduum (vt dictũ eſt) ſubijcitur ſpeciei & ſpecies prædicatur de indiuiduo, & ſpecies ſubijcitur generi, & genꝰ prædicatur hic ordo q. d. Porp. ꝙ indiuiduũ qđ eſt inferius ad ſpeciem, continetur ſub ſpecie, tanquam ſub ſuperiori, & ſpecies quæ eſt inferior ad genus, continetur ſub genere, tanquã ſub ſuo ſuperiori: genus verò, cum ſit ſuperius, & non inferius, continet, & nõ continetur. Vnde ſumitur ꝙ ſpecies ratione qua continet indiuidua, & genus ratione qua continet ſub ſe ſpeciem, habent rationem formæ, indiuidua verò quia continentur ſub ſpecie, & ſpecies quia continentur ſub genere: Habent rationem materiæ per regulam Ar. 4. cæli 35. vbi aſſerit ſic quod id quod continet formæ eſſe, quod autẽ continetur, materiæ, deinde aſſignat cãm ordinis, & d. totum n. quoddã eſt genus, indiuiduũ aũt pars: Species verò & totum eſt, & pars q. d. ideo genus eſt ſuperius ad ſpeciem, & continet ſpeciem (enim) ſignum redditiuum cãæ, qm̃ genus eſt totum quoddam reſpectu ſpecierum, quæ ſunt partes generis, & ideo indiuiduum continetur ſub ſpecie, qm̃ ſpecies eſt ſuperior, & eſt quoddam totum, indiuiduum aũt eſt pars. Vnde ſequitur ꝙ genus eſt totum ſolummodò, indiuiduum eſt pars, ſolum ſpecies eſt totum, & pars, quod tali ratione probatur. Id quod ſolũ continet alia, & non continetur ab aliquo, eſt totum ſolum, & non pars: Sed genus continet ſpecies, & non continetur ergo genus ſolũ erit totum, & non pars, & ꝙ indiuiduum ſit ſolummodò pars, etiam probatur. Id quod ſolum cõtinetur, & non continet eſt pars, & non totum, ſed indiuiduum continetur ſub ſpecie, & non continet alia ſub ſe, ergo indiuiduum pars ſolum erit, & non totum, & ꝙ ſpecies ſit totum ſimul, & pars, etiam probatur ſic: Id quod continet alia ſub ſe eſt totum, & quod cõtinetur ab alio eſt pars, ſed ſpecies continet alia ſub ſe. i. indiuidua, & continetur ipſa ſub genere, ergo ſpecies erit totum, ſimul & pars, verum nota vt d. Porph ꝙ ſpecies eſt totum, & pars, ſed eſt pars alterius, & totum non alterius. i. dicit totum & pars, non reſpectu alterius. i. vnius, ſed ratione diuerſorum, non n. dicitur totum, & pars reſpectu indiuidui ſed dicitur totũ reſpectu vnius. i. indiuidui, dicitur pars reſpectu generis, aſſignato ordine, quem habet indiuidua ad ſpẽm, & ſpecies ad genus. Epilogat deinde bre-

Digitized by Google

breuiter quæ dixit in c. de genere & de ſpecie, dicens, de genere igitur, & ſpecie, & quid generaliſſimum, & ſpecialiſſimum, & quæ genera. & ſpecies ſint, & quæ etiam indiuidua, & quot modis genus, & ſpecies dicantur, ſufficienter dictum ſit, non ab ratione facit Epilogum, regula.n. eſt Ar.3.reth.c.13.qñ breuis, & memoratu facilis eſt oratio non indiget Epilogo, ſed cum prolixa & memoratu difficilis, neceſſe eſt Epilogo & cum longa, & de genere, & ſpecie fuerit facta oratio, meritò ꝓpter logicam incipientes, vt breuiter memoriæ quę dicta ſunt mandent voluit omnia Epilogare, Sed eſt Notandum.d.n.Porp.ꝙ genus eſt totũ, cùm totum dicatur multis modis, ne propter ſignificatorum multitudinem confuſio accidat, videndum eſt quot modis dicitur totum, qm̃ regulam Ar. ſequentes 1. cæli 110. ſemper nomẽ æquiuocum eſt diſtinguendum, deinde determinandum. dicitur ergo totũ primo modo vniuerſale, vt homo, reſpectu Socratis, & Platonis & animal reſpectu leonis, & elephantis. Secundo modo totum integrale, vt domus reſpectu parietis, & tecti. Tertio modo totũ eſſentiale, vt homo qui cõſtat ex anima & corpore. Quarto modo totũ poteſtatiuum, vt anima quæ conſtat ex diuerſis potẽtijs vt nutritiua, ſenſitiua, ſecundũ locũ motiua, appetitiua, & intellectiua, 2. de anima 27. Quinto mõ totum diffinitiuum, vt eſt definitum reſpectu ſuarum partiũ definientium. Sexto modo dicitur totum. i. perfectum 1. cæli 3. & 3. Phy. 64. Ar. Septimo modo ſumitur totum pro prædicato, vt 1. priorum c.1. Octauo modo dicitur totum naturale actuale, exiſtens extra animam, vt ſortes: His notatis cum dicit Porp. genus eſt totum, intellexit totum vniuerſale, ſicut Ar. 1. Phy. 4. quod totum vniuerſale continet ſub ſe ſpecies tanq̃ partes ſubiectiuas, & ſimiliter, qñ d. ꝙ ſpecies eſt totum intellexit totũ vniuerſale, & cũ dixit ſpeciem eſſe partem, & indiuiduum eſſe partẽ, intellexit partẽ ſubiectiuã, ſubiectiuam partẽ dico, qm̃ ſpecies ſubijcitur generi, & indiuiduũ ſubijcitur ſpeciei, & ideo hæc vocantur partes *Dub.* ſubiectiuæ: Sed dices quare dixit genus eſt totum quodam, videtur ꝙ ly quodam, imminuat & dicat inperfectionẽ, quaſi ipſum genus non ſit perfectum totum, quod eſt contra Ariſt. dogmata 1. cæli. 3. vbi d. totum & perfectum idem eſt, ergo ſi genus eſt totum ergo pfectum non *Sol.* ergo oportet dicere totum quodam. Dicas, & ꝑ ſol. Nota ꝙ (vt dictum eſt) totũ dicitur duobus modis, vno mõ totum naturale, extra animam compoſitum ex materia, & forma, vt ſortes, & hoc dicitur vere totum. Alio mõ dicitur totum in anima, non extra animam exiſtens, & eſt ipſum vniuerſale. Quo ſtante dicitur ꝙ genus eſt totum tñ non verè totum extra animã exiſtens, ſed eſt totum, quodam, non verè, ſed *Alia ſo.* ſm̃ ſimilitudinẽ, & metaphorice, Vel aliter dicerem, & forſitan melius ꝙ per ly (quoddam) Porp. non innuit imperfectionem, ſed intellexit vnitatem ideſt vnum q.d. ꝙ cum totum dicatur multis, & varijs modis (vt dictum) ipſum genus eſt quodam totum. i. vnum totum diſtinctum diuerſum ab alijs, nam ſicut datur quoddam. i. vnum totum extra animam continens ſuas partes extra animam, ſic datut quodã totum. i. vnum totum in anima habens ſuas partes in anima, hunc exponendi modum ſumo ab Ar. 1. Phy. 50. vbi ait, vna contrarietas in omni genere vno, ſubſtantia aũt vnum quodam genus eſt, ſi ly (quodam) diceret imperfectionem, tunc ſubſtantia eſſet genus imperfectum, ſed vt ſe exponit ibi Ar. d. ſic ſubſtantia eſt vnũ quodam genus. i. abſolutum q.d. ꝙ cum genera ſint plura, in õi genere eſt vna contrarietas, & cum ſubſtantia ſit vnum quodam genus. i. diſtinctum ab ijs generibus, meritò in ſubſtantia eſt contrarietas, & ſic ly quodam non d. impfectionem, ſed ſignificat vnitatem, & diſtinctionem ab alijs: verùm ſi volumus cõparare hoc totum, quod eſt in anima, ad illud, quod eſt extra animam, nulli dubium eſt ꝙ totum in anima, eſt imperfectum ratione illius, quod eſt extra animam, qm̃ entia in anima exiſtẽtia ſunt diminuta: Sed ſi conſideratur in ſe, & in genere ſuo, eſt perfectum: nam ſicut totũ in anima, habet partes, & ſic omne totum dicit pfectionem in genere ſuo, veluti.n. Rex in Regno, ſic princeps in ſuo principatu. Iterum Dubitabiẽ, *Dub.* quomodo totum eſt in partibus? Dicas, ꝙ totũ *Solut.* eſt in partibus ſicut forma ẽ in materia, qm̃ totũ ſe habet vt forma 7. met. 35. & partes ſe habent vt materia 5. met. 3. 4. Phy. 49. 2. Phy. 31. *Dub.* Amplius Dubitatur ſi genus cõtinet ſpeciem quod nam horum erit prius, & nobiliús ac honorabilibus, an genus continens, an ſpecies cõ*Sol.*tenta? Reſpondet Ar. 4. cæli 23. & d. ꝙ ſemper id, quod ſuperius eſt, ad id, quod eſt ſub ipſo (vt forma ad materiam) ſic ſe habent ad inuicem, ſed genus eſt ſuperius ad ſpeciem, ergo genus ſe habet vt forma, & ſpecies, vt materia. ſed forma prior, & nobilior materia 2. Phy. 12. ergo genus erit prius & nobilius ipſa ſpecie. *Alia ſo.* Vel dicendum ꝙ genus eſt prius, & nobilius ſpecie: quoniam genus continet, & ſpecies continetur, & quoniam id quod continet eſt formæ 4. cæli 35. & id quod continetur eſt materiæ, ergo genus ratione cõtinentis & formæ ẽ prius, & nobilius ipſa ſpecie contenta tanquam materia: Sed clarius Reſpondet Ariſt. 2. cæli 74. *Repl.* vbi ait honorabilius eſt continens contento: ſed dices contra nam ſicut in natura ſic in arte ars enim imitatur naturam 2. Phy. 22. 4. meteorum 27. Sed naturaliter vt patet primo Phy. materia ſemper præcedit formam, ergo ſpecies quæ eſt contenta, & eſt materia, & pars debet præcedere genus, quod eſt totum, *Sol.* & forma, & continens. Dicas quòd verum

Digitized by Google

eſt ꝙ materia præcedit formã, prioritate originis, & initiatiuè, ſed forma præcedit materiã, prioritate perfectionis: à pari genus præcedit ſpeciem, vt totum & perfectius, prioritate perfectionis, ſed ſpecies præcedit genus, vt materia, & prioritate originis, & initiatiuè. Sed dices contra, nam 1. met. 17. genus eſt materia, & ſpecies eſt forma 1. Phy. 60. Sed (vt dictum) materia initiatiuè, & prioritate originis præcedit formam, ergo genus non prioritate perfectionis, ſed prioritate materiæ debet præcedere ſpeciem. Soluas, quòd vt dicit Auer. 1. met. 17. genus non eſt verè materia. Sed vt dicit Porph. c. de differentia eſt proportionabiliter materia, & cum non ſit verè materia, nõ debet præcedere ſpeciem, prioritate originis, qua prioritate vera materia præcedit formam, non autem genus ſpeciem; reſtat igitur vera ſolutio prima, quòd genus præcedit, & eſt nobilius ipſa ſpecie, ſicut totum eſt prius, & nobilius parte, teſte Ar. 1. Politicorum c. 1. vbi aſſerit totum prius eſſe, quàm partem neceſſarium eſt. Hinc etiam ſumi poteſt docte ſtudens quare Porp. prius conſiderat de genere quàm de ſpecie: Sed iterum replicabis contra nam id quod ponitur in definitione alicuius eſt pars illius 1. Phy. 5. Sed genus ponit in def. ſpeciei 4. met. 23. 7. met. 43. ergo genus erit pars, ſed pars 5. met. 3. eſt materia, ergo genus erit materia, & ſpecies erit totum, & per conſequens ſpecies prioritate perfectionis deberet præcedere genus: quoniam ſpecies dicit totum, & formam genus verò. d. partem, & materiam, & per conſequens genus non erit totum, ſed pars, & ſpecies non erit pars, ſed totum. Soluas, genus ſumi bifariam, vno modo vt ponitur in definitione ſpeciei, & erit pars, & non totum. Alio modo, vt eſt ſub ſe continens ipſam ſpeciem, & ſic eſt totum: tunc dico, ꝙ ſi ſumatur genus vt ponitur in def. ſpeciei, ſic erit pars, & non eſt prius prioritate perfectionis, ſed ſi ſumatur vt eſt continens ſub ſe ſpeciem, ſic erit totum continens, & præcedit ſpeciem prioritate perfectionis. Vnde dicimus genus eſſe totum, & partem, & ſimiliter ſpeciem totum, & partem diuerſimode tamen conſiderata omnia. Amplius id, quod eſt totum & compoſitum nullo modo poteſt eſſe pars & ſimplex, ſed indiuiduum vt Sortes eſt compoſitum ex materia & forma 1. Phy. 64. 65. ex carnibus, oſſibus, elementis, & neruis, ergo non eſt pars. Soluas ꝙ non eſt pars vera, ſed eſt pars metaphoricè dicta; Vel dicas, quòd eſt pars reſpectu ſpeciei, ſed totum reſpectu ſuarum partium componentium, ex quibus conſtat & componitur.

Repl. *Solut.* *Solut.* *Sol.* *Dub.* *Sol.*

DE DIFFERENTIA Cap. IIII.

DIFFERENTIA verò, & communiter, & propriè, & propriiſſimè dicatur. nam communiter quidem differre alterum ab altero dicitur; quod alteritate differt quocumq; modo, vel à ſeipſo, vel ab alio, & puero, et viro, & faciente aliquid, vel quieſcẽte: et ſẽper in aliquo modo habendi ſe alteritatibus ſpectatur. Propriè autem differre alterum ab altero dicitur, qñ inſeparabili accñte alterum ab altero differt: inſeparabile verò accidens eſt, vt cæcitas oculorum, aut naſi curuitas, aut cicatrix, cum ex vulnere occaluerit. Propriiſſimè autem differre alterum ab altero dicitur, quando ſpecifica differentia differt. quemadmodum homo ab equo ſpecifica differentia, differt rationali qualitate. Tex. 27

Cùm Porph. in Prologo huius libri, propoſuit velle conſiderare quinque prædicab. quæ ſunt ſubiecta partialia, quorum iam duo exequut eſt genus, & ſpeciem: declarando vtriuſq; tam generis, quàm ſpeciei ſignificationes: In hoc c. aggreditur tertium prædicabile, quod differentia appellatur, & meritò quidem collocauit in medio ipſam, poſt genus, & ſpeciem, & ante proprium, & accidens, qñ differentia notificat ſubſtantiam ſpeciei, ac etiam quoniã omnis differentia vel eſt conſtitutiua, vel diuiſiua: ſi conſtitutiua reſpicit ſpeciem, ſi diuiſiua reſpicit genus, & prius de differentia quam de proprio, & accidente qñ 7. met. 4. ſubſtantia eſt prior accidente definitione, cognitione, & tempore, & qñ differentia ſpecifica 7. met. 43. eſt ſubſtantia; meritò prius de differentia quam de proprio, & accidente: & probatur ratione: id. n. quod eſt eſſentiale 1. eth. c 7. 2. Phy. 66. 4. Phy. 43. 8. Phy. 39. eſt prius accidentali, differentia prædicatur in quale quid ſubſtantiale proprium, & accidens in quale accidentale, ergo differentia cum ſit eſſentialis debet pcedere proprium & accidens, quæ ſunt accidẽtalia, vel dicendum & aliter quare Porph. in medio prædicab. ſituauit differentiam. Pro cuius intelligentia eſt ſciendum ꝙ tunc verus & peritus dicitur artifex & tunc vera ars & perfecta dicitur ſcientia qñ imitatur naturam 2. Phy. 22. & 4. meteor. 27. Ar. & qñ natura rem nobiliorem conſtituere in locis nobilioribus ſolet, niſi quid maius impediat, 3. de par. animal. ca. 4. qui locus nobilior eſt locus medius Por. ergo vt verus, & peritus artifex ne tantillum à natura diſcedat voluit collocare differẽtiam in medio omnium prędicabilium tanquã quid nobilius taq; omnibus alijs excellentius eſt enim differentia nobilior genere qñ differentia eſt forma 2. de anima 2. quæ forma eſt actus, 2. de anima 25. genus autem d. potentiã & materiam vt ait Porph. in hoc cap. & Au. 1. meta,

Digitized by Google

meta.17. & quoniam actus 1.Phy. 12.eſt nobilior potentia ideo ſequitur ꝙ differētia eſt nobilior genere, eſt etiam nobilior ipſa ſpecie, quoniā differentia eſt cauſa ſpeciei 2. cæli 80. & 3.cæli 77. quæ cauſa eſt nobilior cauſato cū ergo ſpecies ſit cauſata a differētia meritò differentia erit nobilior ſpecie, eſt etiam nobilior proprio qm̄ ſubſtantia eſt nobilior accidente, 1. de anima 2. & 7.met. 4.coq; magis differentia eſt nobilior accidente & proprio qm̄ 2.cæli 80.& 3. cæli 77. differentiæ ſunt cauſa accidentium cum ergo differētia ſit melior & omnibus alijs prædicabilibus nobilior atq; excellentior, merito quidem Porphy. tanquam optimus architector voluit ſingulis locatis ſingula aſſignare loca alicui ignobilius alicui nobilius ſm̄ ꝙ eadem natura expoſcit teſte Ar.2.cæli 73.74.1.cæli 22. 96.100. aſſerente honorabiliſſimo honorabiliſſimam putant cōpetere regionem.

Dub. Sed dices ſi honorabiliſſimo debet aſſignari locus honorabiliſſimus qui locus honorabiliſſimus eſt locus in medio, cū ſenſus viſus ſit nobilior omnibus alijs ſenſibus vt teſtatur Ar.3.de anima vltimo quare natura non locauit viſum in medio omnium aliorū ſenſuum ſicut ipſum locauit in primo loco?

Sol. Dicas cum Ar.3. de par. anim. cap. 4. ꝙ tunc natura ſolet conſtituere aliquod nobile in loco medio quando non eſt impedita, ideo non conſtituit ſenſum viſus in medio quoniam à maiori impedimento fuit impedita habita ergo continuatione vniuerſali pñtis, cap. eiuſq; intentione videndum eſt, quæ continuatio, & intentio ſit particularis huius tex.& Dicimus ꝙ poſtquam Porphy. in fine cap.de ſpecie epilogauit quæ dicta fuere de genere, & ſpecie nunc vult peragere de differentia,& ſeruat illum met ordinem quem ſeruauit in c.de genere,& de ſpecie,primum diſtinguendo hanc vocem æquiuocam .ſ. differentiam, quot namq; modis dicatur. vnde diuidatur tex. iſte in tres partes, in prima numerat tres differentiæ ſignificationes, in 2. ibi. (Propriè autem) declarat ſecundam ſignificationem differentiæ, in 3.ibi.(Proprijſſimè) declarat tertiam differentiæ ſignificationē: quò ad primum,eſt ſciēdum, ꝙ ſententia eſt Themiſtij. 2. poſt. 9.ꝙ notitia quid nominis rei eſt principium fons,caput & origo omnis noſtræ cognitionis, primū ergo videndum eſt, quid ſibi velit hoc nomen .ſ. differentia, quo viſo adulteriora procedemus,& ſcias,ꝙ nil aliud eſt.& ſignificat ly differentia, niſi id, per quod aliquid differt ab aliquo quod nil aliud eſt niſi quædam diſſimilitudo, ſeu alteritas, verbi gratia cignus per albedinem differt à coruo,albedo ergo eſt differētia quæ facit differre cignum à coruo,quo ergo ad ſententiam tex. ait Porp. ꝙ differentia dicitur tribus modis, vno modo communiter .i. differentia communis ſeparabilis ſecundum accidens,ſecundo modo,eſt differentia propriè dicta, & inſeparabiliter ſecundum accidens. Tertio modo eſt differentia proprijſſimè dicta inſeparabilis per ſe, declarans quæ nam eſt differentia communiter dicta,dicit,ꝙ communiter differre nil aliud eſt niſi,qn̄ alterum differt ab altero, alteritate quadam, .i. diuerſitate dat exemplum, vt Sortes differt à Platone alteritate quadam, quia Sortes ſedet,Plato verò ambulat,& dat exemplum etiā quomodo aliquis poteſt differre à ſe ipſo, nā Socrates fuit puer,& nunc eſt vir, nunc Socrates factus vir à ſeipſo,qn̄ erat puer,ecce ꝙ differentia facit differre alterum ab altero,& idē à ſe ipſo, verùm Nota, ꝙ hæc differentia communiter dicta, ideo dicitur communiter, quoniam non ineſt in vno determinato, ſed communiter in omnibus, & eſt ſeparabilis,quoniā ab illis quibus ineſt ſeparatur, ſicut ſtare, & ſedere,& deambulare, nam ille, qui ſtat, ſedere poteſt, & ille qui ſedet ſtare poteſt, vnde quando aliquis ſtat, ſeparatur ſedere ab illo, & ſic differentia communis, dicitur accidens ſeparabile, quia modò eſt in ſubiecto,& modò non eſt, vt febris quæ eſt in ægro, modò eſt, & modò ſeparatur & non eſt. Sed Aliquis quæret, quare Porph.dixit,in principio tex.(dicatur) & non dixit (dicitur) dicens differentia, communiter, & propriè, & magis propriè dicatur.

Solut Dicas, verum pro ſolutione Nota,ꝙ Antiqui cum aliquo trito vocabulo, ab omnibus obſeruato, vterentur, dicere conſueuerant. Dicitur, ſed cum ipſi poſuiſſent, dicunt, (Dicat) vel vocetur, & ſic ſoluit Ammonius, quā ſol.eſſe veram patet ex Ar.1.priorum c.1. vbi volens oſtendere ipſum inueniſſe hoc nomen .ſ. terminum, dixit ſic, terminum autem voco, dixit, voco, in ſingulari oſtendens ipſum ſolum, & non alios inueniſſe tale nomen:

Alia ſo. Addo ego, vltra ea q.d. Ammo. ꝙ non ſolùm Ar. vtitur hoc verbo, voco,ſed hoc verbo(ſit)oſtēdens ipſum inueniſſe nomen infinitum eſſe, non homo 1. Perihermenias c.de nomine & de verbo, vnde hæc quatuor pro nunc .ſ. dicatur, vocetur, voco, & ſit, ſunt quædam verba, quæ ſignificāt propriam auctoritatem, & propriā, atq; abſolutam inuētionem. Sed Dices ſi Sortes hodie habet febrem,& heri habuit febrem, poſſumus ne dicere ꝙ ſortes differt à ſe ipſo? Dicas ꝙ differt,& non differt à ſeipſo:Si.n.ſortes in æquali gradu heri, & hodie fabricitat, non differt à ſe ipſo per febrem, ſed ſi heri minus febricitabat, hodie autem magis ſebricitat. Dicas, ꝙ ſortes differt à ſe ipſo. (Propriè autem differre) deſcribit deinde, ſeu declarat differentiam propriè dictam, ſeu inſeparabilem, & d. proprie differre alterum ab altero dicitur, qn̄ differt inſeparabili accidente q. d. Porphy. ꝙ ſi tu ne ſcis quæ nam eſt differentia propriè dicta,dico ꝙ nil aliud eſt, niſi accidēs

inſe-

Digitized by Google

inſeparabile, quod, ideo dicitur inſeparabile, quoniam non poteſt diuidi, nec ſeparari à ſubiecto in quo eſt dat exemplum, & d. vt naſi curuitas, cęcitas oculorum, & circatrix quæ remanet ex vulnere, & Nota ꝙ dedit exempla de naſi curuitate, & de cicatrice, oſtendens, ꝙ accidētia inſeparabilia ſunt duobus modis, alia ab intrinſeco. i. à natura, vt eſt curuitas naſi. Alia ab extrinſeco, & per accidens, & caſu, vt cicatrix, & adeò hæc omnia dicuntur inſeparabilia à ſubiecto in quo ſunt, quæ cōmoriuntur, & nunquam ab illo ſpoliantur. Sed Dices contra, nam nigredo eſt accidens ab intrinſeco inſeparabile à coruo, & tamen poteſt ſeparari à coruo. Dicas ꝙ ſi ſeparatur, non ſeparatur ſecundum rem, & actum, ſed ſecundū intellectum, imaginationem, & ſm̄ definitionem, & rationem: de qua re amplius in c. de accidente loquemur, & ſcias ꝙ iſta differentia, ideo dicitur propriè, qm̄ non ineſt omnibus communiter, & dicitur inſeparabilis, qm̄ à ſubiecto minimè (vt dictum) ſeparari poteſt, & dicitur ſm̄ accidens, qm̄ nil confert ad rei ſubſtantiam. i. non ponitur in definitione ſubiecti, dicens ſubſtantiam illius ſubiecti, nam ſi quis diceret, qd coruus? non eſt dicendum coruus eſt animal nigrum, qm̄ ly nigrum, licet ſit accidens inſeparabile à coruo, tamen eſt inſeparabile ſm̄ accidens, & non debet poni in definitione corui, quia non dicit ſubſtantiam, & naturam, & corui quiditatē: Vnde ſtudioſe iuuenis, ſit tibi hæc relicta methodus, ꝙ differentia communiter dicta eſt accidens ſeparabile, ſeparabile dico re, actu, & intellectu, & differentia propriè dicta eſt accidens inſeparabile re actu ſed eſt ſeparabile intellectu, vt nigredo, à coruo, & vtraq; differentia tam communiter, quàm propriè dicta, cum ſint differentiæ accidentales, per accidens, non ponuntur in definitione, & in ſubſtantia ſubiecti, & hæc vult Ammonius, in ſuo com. Sed dices quare Porph. prius nominauit differentiam communiter dictam, deinde propriè dictam? Dicas, quoniam à notioribus eſt inchoandum 1. Phy. 4. cum differentia communiter dicta ſit, accidens ſeparabile, eſt notior, & cum ſit notior, meritò ab illa auctor initium fecit (Proprijſſimè autem) deſcribit nunc differentiam proprijſſime dictam, & d. proprijſſimè differre alterum ab altero dicitur, quando ſpecificè differt, ac eſſentialiter, ſicut homo differt ab equo, rationalis qualitate. i. rationalitate, quæ eſt ſpecifica, & eſſentialis differentia hominis, per quam homo differt ab equo: Sed Nota, ꝙ hæc differentia proprijſſimè dicta, eſt differentia rei completiua, & ſubſtantialis quia d. ſubſtantiam rei, complet rem, & ſubſtantialiter facit differre alterum ab altero, vt hominem ab equo, & dicitur etiā inſeparabilis, qm̄ à ſubiecto ſeparari non poteſt, & dicitur differentia per ſe, quoniam ſumitur in definitione ſubiecti; Sed Dices, cùm differētia dicatur tribus modis, de qua eſt ſermo apud philoſophos? Dicas ꝙ de tertia. i. de proprijſſimè dicta, quæ eſt differentia per ſe, non de communiter dicta, nec de propriè dicta. Sed Dices qua cauſa, non de communiter & propriè dicta? Dicas, quoniam ars & ſcientia non conſiderat de his quę ſunt per accidēs, ſed de his quæ ſunt per ſe 1. poſt. 44. & 6. met. 6 & quoniam differentia communiter, & propriè dicta, ſunt differentiæ per accidens, ideo ars non conſiderat de his: Sed Dices, quare Porp. ipſas nominauit? Dicas, quoniam expedit docenti per nomen æquiuocum, ꝙ diuidat in ſua ſignificata, & dirigat ad ſignificatum, de quo intendit ſermonem habere, videns Porp. ꝙ hoc nomen. i. differentia, eſt vox æquiuoca, voluit diuidere in ſua ſignificata, non vt vtatur omnibus ſignificatis, ſed poſt diuiſionem factam, eligat vnum, quod eſt melius, & quod facit ad propoſitum ſuum, quod non eſt differentia cōmuniter, nec propriè, quia ſunt accidentales, ſed eſt differentia magis propriè, quæ eſt per ſe ſpecifica, & ſubſtantialis, completiua, & quiditatiua rei. Amplius Dubitatur, ſi differentiæ ſunt tres communiter, & propriè, & magis propriè, quarum vna differt ab altera, vellem ſcire, quæ nam eſt illa differentia per quam vna differentia differt ab alia, de qua Porphy. non fecit mentionem, ex quo ſequuntur duo, primū ꝙ non ſolum dantur tres differentiæ, ſed datur alia, per quam vna differentia differt ab alia, & ſm̄ ꝙ Porph. non faciens mentionem de ipſa, videtur deminutus. Dicas reſolutè, ꝙ iſtæ differentiæ non ſunt ad inuicem differentes ꝑ aliam differētiam, ſed ſunt diuerſæ, veluti omnia ſimplicia non differunt, per aliquam differentiam, ſed ſunt diuerſa ad inuicem, & ſe ipſis differunt, nam differens & diuerſum, differunt 10. met. 12. Amplius Dices, omnis diuiſio eſt bimembris, ſed hæc diuiſio de differentia eſt trimembris, ergo mala diuiſio. Dicas ꝙ licet hæc diuiſio non ſit bimembris, tñ eſt reducibilis ad bimembrem, veluti inferius patebit, qñ d. differentiarum, alias eſſe ſeparabiles, alias inſeparabiles, & per ſeparabiles intelligit differentiam communiter dictam, & per inſeparabiles intelligit propriè, & magis propriè dictam.

Dubit. Solutio Solut. Dub. Sol. Dub. Sol.

Vniuerſaliter ergo omnis differentia addita alicui, alteratum facit, ſed ea quidem, quæ & communiter & propriè ſunt, alteratum faciunt: quæ verò proprijſſimè aliud, quæ quidem igitur aliud faciunt, ſpecificæ vocantur: illæ verò quæ alteratum, ſimpliciter differentiæ, animali enim aduenient rationalis. differentia aliud fecit, eius autem quod eſt moueri, alteratum ſolùm, à quieſcēte fecit, quare hæc quidem aliud: illa verò alteratum ſolùm fecit. Tex. 28

Cùm

Digitized by Google

Cùm Porphy. diuiſit differentiam, quæ eſt vox æquiuoca in tres ſignificationes, quas exemplo declarauit, dicẽs, ꝙ alia eſt communiter. Alia propriè, alia magis propriè dicta: nunc ponit conuenientiam, & differentiam inter has differentias, his tribus modis acceptas. Diuiditur iſte tex. in tres partes: In prima parte ponit conuenientiam. In ſecunda ibi (ſed ex quidẽ) ponit differentiam inter has differentias, In tertia ibi (Quæ quidem) ponit aliam differentiam inter dictas differentias, quò ad primum .d. ꝙ omnis differentia ſiue communiter, ſiue proprijſſimè, addita alicui .ſ. ſubiecto facit alteratum. i. facit differre vnum ab alio, vel etiã à ſeipſo (ſed ex quidem). q. d. Porp. Sed differũt inter ſe iſtæ differentiæ, quoniam ex differentiæ, quæ ſunt communiter, & ex quæ ſunt propriè faciunt alteratum. i. faciunt differre accidentaliter (quæ verò proprijſſimè). i. illæ differentiæ, quæ dicunt proprijſſimè, ſeu magis propriè faciunt aliud. i. faciunt differre eſſentialiter, ſeu ſubſtantialiter, & quidditatiuè alterum ab altero, nam ſicut differentia eſt, ſic facit differre alterum ab altero: Si differentia eſt accidentalis, facit differre accidentaliter, veluti eſt differentia propriè, & communiter, quæ ſunt accidentia, ideo faciunt alteratum. i. faciunt differre accidentaliter; Si differentia eſt ſubſtantialis, & eſſentialis, facit differre eſſentialiter, & ſubſtantialiter; veluti eſt differẽtia proprijſſimè dicta. Do exemplum vtriuſq;, nam Franciſcus, qui eſt albus, factus eſt niger propter æſtum, & calorem, poſſumus dicere Franciſcus eſt alter à ſeipſo ideſt differt accidentaliter à ſeipſo, quia differt à ſe ipſo, per nigredinem, quæ eſt accidens: Vnde Homerus videns mutationem Vlyſſis in accidentibus dixit Alter mihi hoſpes nunc videris, quam prius. Exemplum de differentia, quæ facit aliud, v.g. homo eſt quid aliud à boue, per rationalitatem, quæ rationalitas ipſius hominis, quæ cum ſit ſubſtantia facit aliud .i. facit differre hominem ab æquo ſubſtantialiter (quæ quidem igitur) nunc Porp. ponit aliã differentiam, & d. ꝙ differentiæ, quæ ſunt proprijſſimè, & faciunt aliud vocantur differentiæ ſpecificæ, dat exemplum, vt animali, ꝙ eſt genus, adueniens rationalis differentia, facit aliud. i. facit ſpeciem humanam, facit hominẽ; & ideo vocantur differentiæ ſpecificæ, quoniã quando adueniunt generi, faciunt ex illo genere ſpeciem, illę verò quæ faciunt alteratum, vocantur differentiæ ſimpliciter tantum, & abſolutæ differentiæ, non dicuntur ſpecificæ quoniam quando adueniunt alicui, non faciunt aliud. i. non faciunt differre ſubſtantialiter, ſed faciunt alteratum .i. faciunt differre accidentaliter. v.g. moueri, quod eſt differentia communiter dicta, quando additur alicui .i. Franciſco, facit differre Franciſcum ab Antonio quieſcere accidentaliter. Ex quibus clarè liquet, ꝙ hæ. ſ. differẽtiæ ſpecificæ faciunt aliud, illæ verò differentiæ communiter, & propriæ faciunt alteratum: & Nota ꝙ ideo dicuntur differentiæ ſimpliciter; non quia faciunt differre ſimpliciter, nam hoc eſt falſum, quia faciunt differre ſecundùm quid tantùm, & accidentaliter, ſed dicuntur ſimpliciter differentiæ. i. ſine aliqua perfectiua additione ad differentiam, differentiæ aliud facientis, quæ dicitur ſpecifica differentia, Sed dices contra, nã dixit Porph. ꝙ vniuerſaliter omnis differentia facit alteratum, tàm communiter, quàm propriè, & proprijſſime dicta dicas quod quando d. Porph. ꝙ omnis differentia facit alteratum accipit ly. alteratum pro differre. q. d. omnis differentia facit differre, ſed ipſe differentiæ diſtinguuntur, nam quædam faciunt alteratum .i. differre accidentaliter, & quædam faciunt aliud .i. differre ſubſtantialiter. Amplius dubitatur, nam differentia faciens alteratum non debet dici differentia ſimpliciter, & probatur ſic nam quum ſunt duo, vel plura, quæ ſub aliquo accidenti continentur, & vnum eorũ nomen illius communis abſq; additione ſortitur, & alterum cum additione, illud, quod ſine additione nomen habet ſapit nobilius rationem illius nominis, quod probatur ſic, nam ſubſtantia, & accidens ſunt ſub ente, & ſubſtantia dicitur ens ſine additione accidens vero cum additione quia dicitur ens ſecundum quid, & ſubſtantia eſt perfectius ens, quàm accidens tunc ſumpta iſta regula pro maiori addatur minor ſed differentia faciens aliud, & differentia faciens alteratum continetur ſub hoc nomine differentiæ, & differentia faciens alteratũ ſortitur nomen differentiæ ſine additione, quia dicitur differentia ſimpliciter abſolute, differentia vero faciens aliud, ſortitur cum additione quia vocatur differentia ſpecifica, ergo differentia faciens alteratum erit perfectior, quã faciens aliud. Dicas quod ſuſcipere aliquod nomen ſine additione, aliquando oritur ex perfectione aliquando ex imperfectione ex perfectione ſicut eſt de ſubſtantia, & accidẽte reſpectu entis, ex imperfectione ſicut bruta abſq; additione dici ſolent animalia, homini autem iniuriam fieri exiſtimamus, ſi animal diceretur, dico igitur ꝙ differentia faciens alteratũ dicitur differentia ſimpliciter. i. ſine additione ex imperfectione, quam habet; quaſi quod nihil amplius dignitatis habeat, quàm differre faciat. Differentia vero faciens aliud, vocata eſt differentia ſpecifica, quia non inuenitur perfectius nec maius differre quam ſpecificè: propterea ſingulariter ſibi nomen vendicauit.

Dub.

Sol.

Secundum igitur aliud facientes differentias, diuiſiones fiunt in ſpecies, & diffinitiones aſſignantur: quæ ſunt ex genere, & huiuſmodi differentijs.

tÿs. Secundum autem eas quæ ſolum alteratum faciunt: alteritates ſolum conſiſtunt; & aliquo modo ſe habentis permutationes.

Cum in prologo huius libri prædixerat, ꝙ notitia quinque prædicab. eſt vtilis ad diuiſiones, definitiones, & demon. & in hoc cap. diuiſit differentiam in communiter, & propric, & magis proprie, & dixit quòd differentiæ communiter, & proprie faciũt alteratum, quia ſunt differentiæ accidentales, differentiæ vero, quæ ſunt magis proprie faciunt aliud, quoniã ſunt ſubſtãtiales. In hoc tex. Infert per modum correlarij ſimul docens, quod diuiſiones, & definitiones non fiunt ex differentijs facientibus alteratum .i. accidentalibus, ſed fiunt ſecundũ differentias facientes aliud .i. ſubſtantiales.
Diuiditur iſte tex. in 2. partes in 1. facit quod dictum eſt, in 2. ibi (ſecundum autem eas) docet quæ ſunt ille differentiæ, quæ non ſunt vtiles ad diuiſiones, & definitiones; ſed ſolum per illas conſiſtunt, quedam alteritates. dicit ergo Por. quod diuiſiones generum fiunt in ſpecies ſecundum .i. per differentias facientes aliud .i. ſubſtantiales v.g. animalis aliud eſt rationale, Aliud eſt irrationale, q.d. non ſolum ſecundum
Dub. iſtas differentias facientes aliud fiunt diuiſiones generum, ſed etiam definitiones, ſuppletu
Solut. aſſignantur, quæ definitiones ſpecierum. fiunt ex genere, & huiuſmodi .i. ex talibus .i. differẽtijs facientibus aliud .i. ſubſtantialibus v.g. homo eſt animal rationale ly rationale, eſt differentia faciens aliud ex qua fit definitio hominis (ſecundum autem eas) declarat nunc quòd ſecundum differentias facientes alteratum .i. accidentales non fiunt diuiſiones, nec definitiones, ſed alteritates .i. alterationes, permutationes, & diuerſitates, veluti manus calida differt à frigida, vel cum aliquis ſm̃ differentias poſitionis permutatur vt qui ſedebat ſtat, vel de vno loco mouetur in alium vnde habes diuiſiones, & definitiones non fieri ſm̃ omnes
Dub. differentias, ſed ſolum ſm̃ differentias facientes aliud ſeu ſubſtantiales. Sed dices quare nominauit prius diuiſiones. deinde definitiones?
Solut. Dicas hoc eſſe factum maximo cum artificio, quoniam definitio fieri non poteſt ſi prius ſuæ partes .s. genus, & differentia non fuerint diuiſione tanquam proprio inſtrumento inuentæ, teſte Au. in Epit. log. c. de diff. hinc dicebat 4. phy. 2. 6. met. .i. & 1. de anima .s. quod regulæ dantes definitionem ſunt diuiſio, & compoſi-
Dub. tio, Amplius dubitatur quare non nominauit demonſtrationes ſicut nominauit diuiſiones, & definitiones cum demonſtratio etiam fiat ex differentia faciente aliud quæ deſeruit ei pro medio termino, vt teſtis eſt Au. in quæ-
Sol. ſitis poſt. c. de primitate prędicatorum? Soluas ex 1. poſt. 64. & 2. poſt. 46. quoniam definitio ẽ tota demonſtratio, & ſunt idem ſubiecto re, & materia, ideo nominando definitiones dixit
demonſtrationes, iterum dices ſi definitiones Dub.
fiunt ex genere cum genus ſit duplex Aliud propinquum vt aĩal, Aliud remotum, vt corpus, vt ait Au. in c. de dem. & in c. de diſt. ex quo nam genere fit definitio? Dicas ex genere
propinquo, & ſi caſu lateret genus propinquũ, Sol.
ꝙ eſt animal fit ex genere remoto, quod ẽ corpus, immo ſi lateret genus remotum poſſumus vti genere remotiſſimo, quod eſt ſubſtantia, tamen non vt remotiſſimum eſt, ſed vt locum habet generis propinqui v. g. dicimus homo eſt animal, & ſi lateret animal, dicimus homo eſt corpus, & ſi lateret corpus, dicimus homo eſt
ſubſtantia; Amplius quæres cum differentia Dubit.
dicatur bifariam .s. propinqua, & remota, ex
qua differentia fit definitio? Soluas ex diffe- Solutio
rentia propinqua, ſed ſi differentia propinqua lateret, põt ſumi loco eius accidens proprium teſte Au. 1. poſt. 36. 2. poſt. 20. & 8. met. 5. qñ latent differentiæ, poſſumus vti proprijs accidentibus in definitionibus v. g. in definitione hominis, dicimus ſic homo eſt animal rationale, ſi rationale, qđ eſt differentia hoĩs lateret, poſſemus dicere homo ẽ animal riſibile quod riſibile eſt accidens propriũ, ꝙ in definitione hominis tenet locum differentiæ, non tenet locum, accidẽtis, qm̃ tunc non faceret definitionem, ſed potius deſcriptionem, vt teſtatur Au. 2. poſt. 20. & 21.

A ſuperioribus ergo rurſus inchoanti dicendum differentiarum, quidem, alias eſſe ſeparabiles; tex. 30
alias verò inſeparabiles, moueri enim, & quieſcere: & ægrum eſſe, & ſanum eſſe, & quæcunq; his proxima ſunt. ſeparabilia ſũt, at verò aquilinum eſſe vel ſymum, vel rationale, vel irrationale: inſeparabilia ſunt inſeparabilium autem, aliæ quidem ſunt per ſe aliæ verò per accidens nam rationale per ſe ineſt homini, & mortale, & diſciplinæ eſſe ſuſceptiuum: at verò aquilinum eſſe vel ſymum per accidens, & non per ſe.

Poſtquàm aſſignauit primam ac ſecũdam differentiarum diuiſionem, nunc vult tertiã differentiarum diuiſionem. cùm ſubdiuiſione afferre, Vnde diuiditur iſte tex. in 4. partes 1. ponit tertiam diuiſionem differentiarum, dicens ꝙ aliæ ſunt differentiæ ſeparabiles, aliæ verò ſunt differentiæ inſeparabiles in 2. ibi (moueri .n. & quieſcere) exemplo manifeſtat, quę ſunt ſeparabiles, & quæ inſeparabiles, in 3. ibi (inſeparabilium autem) facit ſub diuiſionem .i. ſubdiuidit differẽtiam inſeparabilem in per ſe & in per accidens, in 4. ibi (nam rationale) exẽplo declarat, quæ eſt differentia inſeparabilis per ſe, & quæ eſt differentia inſeparabilis per accidens. Dicit ergo Porph. Sed pro intelligentia eſt ſciendum, ꝙ hæc diuiſio differentiarum dependet à prima, qm̃ omnes differentię communi-

munitcr dictæ ſunt ſeparabiles, differentiæ verò propriè, & propriiſſimè dictæ ſunt differentiæ inſeparabiles, ideo d. Porph. ꝙ incipiendo ab his quæ dicta ſunt in prima diuiſione, rurſus eſt dicendum differentiarum, alias eſſe ſeparabiles, alias verò inſeparabiles, vbi per differentias ſeparabiles intelligit differentias communiter, & per differentias inſeparabiles differentias propriè, & propriiſſimè differentias; Sed dices tu ſi differentiæ ſunt ſeparabiles, & inſeparabiles, da mihi exemplum, quænam ſunt differentiæ ſeparabiles? Reſpondet Porph. & d. vt moueri quidem, & quieſcere, & ſanum eſſe, & egrum & quæcunq; his proxima ſunt ſeparabilia ſunt hæc oĩa dicũtur differentię ſeparabiles, ſeu accidentia ſeparabilia, qm̃ pñt ſeparari à ſubiecto, vt. Franciſcus nunc ſcribit mouetur, nunc non ſcribit non mouetur, ſed quieſcit, nunc eſt ſanus cras erit æger ſanitas ſeparatur à Franciſco, & aduenit ægritudo, deinde ſeparatur ægritudo & aduenit ſanitas, vnde illæ dñr differentiæ ſeparabiles à ſubiecto quæ propter aliquam cauſam ſeparari pñt, vt ſedere, ſtare, ſcribere, moueri, & quieſcere, & cetera talia, iterum dices, quæ ſunt differentiæ inſeparabiles? Reſpondet, & d. at verò aquilinum eſſe vel ſymum, ſunt quædam accientia inſeparabilia à naſo, quæ nullo modo pñt ſeparari ab illo, & rationale eſt differentia inſeparabilis ab homine, quæ non poteſt eſſe ſine homine, & irrationale eſt differentia inſeparabilis à brutis, quæ non poteſt ſeparari ab illis, ex quibus late patet apud omnes logicam incipientes, quæ ſunt differentię ſeparabiles: & quæ inſeparabiles (inſeparabilium) nunc ſubdiuidit differentias inſeparabiles, & d. ꝙ differentiæ inſeparabiles ſunt duobus modis, quædam ſunt per ſe, quædam verò per accidens, dat exemplum vtriuſq; & d. rationale, & mortale, & diſciplinę ſuſceptiuum ſunt differentiæ, quæ ſunt per ſe, quę ideo dñr per ſe, quoniam per ſe inſunt hominu .i. ꝑ ſe pñr de homine, quæ ideo per ſe pñr de homine, qm̃ ſunt differentiæ ſubſtantiales dicentes ſubſtantiam hominis conſtituentes hominem, differentiæ inſeparabiles per accidens ſunt, vt aquilinum eſſe, vel ſymum, quæ inſunt naſo, & pñr de naſo non per ſe, ſed per accidens; Vnde valet regula, id ꝙ non eſt per ſe, eſt per accidens, & ꝙ eſt per accidens, non eſt ꝑ ſe. i. poſt. 32. Ar. differentiæ ergo quæ ſunt, & pñr per ſe, non ſunt, nec pñr per accidens, & quæ ſunt, & pñr per accidens, non ſunt, nec pñr per ſe, & ſcias ꝙ omnes iſte differentiæ .ſ. inſeparabiles per ſe, & inſeparabiles per accidens conueniũt ad inuicem, inquantum omnes ſunt inſeparabiles, differunt autem inquantum quædam ipſarum ſunt per ſe, & quædam per accidens (vt dictum) ſed dices poſſumus ne dicere ꝙ omnes iſte differentiæ, tam ſeparabiles, quàm inſeparabiles, ſint differentiæ ſeparabiles? Dicas ꝙ ſic, Sed nota vnum ꝙ ſeparabile dicitur bifariam vno modo actu, vt vinum actu ſeparatur à dolio, & vtrumq; remanet ſaluum, vinum in eſſe ſuo, ſicut erat in dolio ſic eſt, & ſeruat nãm ſuam extra dolium, & ſimiliter dolium. Alio modo intellectu ſeu imaginatione, & cogitatione, ſed nõ actu, quo ſtante poteſt dici, ꝙ omnes differentiæ ſunt ſeparabiles, tamen quædã actu, & intellectu, vt moueri quieſcere, quædã verò non actu, ſed intellectu tantum, vt aquilinum & ſymum à naſo, ſic etiam forma ſeparari poteſt à mã non actu, ſed ſecundum rationem, & definitionem 1. phy. 65. Au. Sed dubitabis dicens quid nam ſignificat illud noẽm ſeparabile? Dicas, & peripateticæ, ꝙ tunc aliquod dicitur, verè ſeparari ab aliquo, quando vtrũq; manet ſaluum, & nullum eſt corruptum. v. g. oleum eſt in dolio ſi ſeparatur oleum à dolio, oleum tam eſt oleum, & ſeruit nãm ſuam extra dolium, quam in dolio, & ſimiliter dolium, tam eſt dolium plenum oleo quam vacuum illo veluti marſupium tam eſt cum pecunia, quã ſine pecunia, & pecunia tam eſt pecunia extra illud, quam cum illo, & hæc dicitur vera ſeparatio, ſed quando ſunt duo quorum vnum ſeparatur ab alio, & vnum eſt ſaluum; & aliud corrumpitur non remanet, tunc non dicitur ſeparatio, ſed potius corruptio; vt quando forma ſeparatur à mã, mã remanet forma non remanet; Vnde dicimus, ꝙ forma non ſeparatur ſed corrumpitur: hinc dicas ꝙ non dicitur ſeparatio formæ, ſed corruptio formę 4. phy. 17. 1. phy. 65. & 4. cæli 23. Amplius nota, ꝙ nõ ſine cauſa Porph. in hoc tex. facit hanc diuiſionem differentiarum dicens, ꝙ aliæ ſunt ſeparabiles, aliæ verò inſeparabiles, qm̃ reſpondet tacitæ obiectioni, nam aliquis poſſet dicere omnis diuiſio debet eſſe bimembris, ſed diuiſio de differẽtia in principio huius cap. eſt trimembris, quando d. differentia communiter, propriè, & magis propriè, ergo mala diuiſio, cui reſpondetur ꝙ omnis diuiſio debet eſſe bimembris, vel reducibilis ad bimembrem ꝙ Porph. facit in hoc tex. reducit illam diuiſionem trimembrem ad bimembrem, quando d. A ſuperioribus igitur rurſus inchoanti dicendum eſt differẽtiarum, alias eſſe ſeparabiles, per quas intelligit differentias communiter dictas, alias verò inſeparabiles, per quas intelligit propriè, & magis propriè dictas, & ſic diuiſio trimembris facta, & reducta eſt bimembris. Sed iterum Dubitabis vnde eſt ꝙ Porph. facit tot & tantas de differentia diuiſiones? dixit .n. ꝙ differẽtia diuiditur prima diuiſione in cõmuniter, & propriè, & magis propriè, deinde in ſecunda diuiſione aſſerit differentiarũ .n. Aliæ quidem alteratũ faciunt, Aliæ verò aliud poſt in 3. diuiſione ait differentiarum alias, quidem eſſe ſeparabiles, alias verò inſeparabiles Solut

Dub. *Sol.* *Dub.* *Sol.* *Dub.* *Solut.* *Dub.* *Sol.*

Boethus dicens, ꝙ qñ aliquod habet multas differentias de illo plures pñt fieri diuiſiones, v.g. animalis ſunt omnes iſte differentiæ .ſ. rationale, irrationale, mortale, immortale habens pedes, non habens pedes veſci herbis, veſci carnibus, veſci ſeminibus, vnde per iſtas differentias pñt fieri plures diuiſiones ipſius animalis, dicendo ſic animalis, aliud rationale, vt homo, aliud irrationale, vt leo, hæc eſt vna diuiſio, Alia diuiſio eſt hæc .ſ. animalis aliud mortale, vt homo, aliud immortale, vt Deus. r. cęű. Alia diuiſioẽ .ſ. hæc aĩalis, aliud eſt habẽs pedes, vt canis, aliud non habens pedes, vt ſerpens, Alia diuiſio eſt hęc .ſ. animalis, aliud veſcitur herbis vt capra, aliud veſcitur carnibus. vt accipiter & philomena, aliud veſcitur ſeminibus, vt cardillus, ecce modo ꝙ cum animal habet plures differentias, non eſt inconſonum de ipſo fieri plures diuiſiones, à pari cum differentia ſit vna in genere, & habeat ſub ſe multa ſignificata, & multa membra & multas differentias ſub ſe diuerſas, meritò Porph. fecit de ipſa differentia multas diuiſiones, & hoc quidem non crederem expoſitoribus, ſi oculatim non vidiſſem Ar. 7. met. 43. vbi animalis plures affert diuiſiones, licet non omnes ſint eſsẽtiales; Vnde fiat hæc ratio illud quod, habet plures differentias illius, pñt fieri plures diuiſiones, atqui differentia in cõmuni habet plures ſub ſe differentias, ergo differentiæ fieri poſſunt plures diuiſiones, Sed Dices ſi datur aliqua res, quæ habet duas tantum differentias, poſſunt ne de illa re fieri plures diuiſiões? Dicas ꝙ non, ſed dices contra, nam ſi dictum eſt ſupra ꝙ à pluralitate differentiarum ſumitur pluralitas diuiſionum, ergo ſi vna res habet duas differentias ergo clare ſequitur ꝙ ꝑ illas duas differentias, poſſunt fieri duæ de illa re diuiſiones, Dicas ſed nota ꝙ omnis diuiſio fit in duas differentias non in vnam vt animal diuiditur in rationale, & in irrationale, vnde ſequitur ad quamlibet diuiſionem, vnũ par differentiarum ex quo dicas, ꝙ ex pluralitate parium differentiarum, ſumitur pluralitas diuiſionum, & ſic ſi vnius rei eſt vnum par differentiarum. illius erit vna tantum diuiſio, ſed ſi erunt plura paria differentiarum, tunc erunt plures diuiſiones veluti in generatione non ſufficit vnum contrarium ſed vna contrarietas, quæ eſt inter duo contraria, Sed dices contra, nam Porph. in principio huius cap. diuiſit differentiam in tria non in duo, & par ergo non requiritur, ꝙ quando fit diuiſio alicuius, ꝙ ſit vnum par differentiarum. Dicas ꝙ licet Porp. ibi diuidat differentiam in tria tamẽ duo illorum reducuntur ad vnum, vt propriè, & magis proprie reducuntur ad inſeparabile, q.d. Porph. differentia communiter idest ſeparabilis, & propriè, & magis propriè idest inſeparabilis ꝙ dixit in illo textu à ſuperioribus

Dub.

Solut.

rurſus inchoanti dicẽdum differentiarum aliæ ſunt ſeparabiles, aliæ verò inſeparabiles.

Illæ igitur quæ per ſe ſunt, in ſubſtantia ratione accipiuntur, & faciunt aliud illæ vero, quæ ſecundum accidens, nec in ſubſtantiæ ratione accipiuntur, nec faciunt aliud ſed alteratum, quæ quidem igitur per ſe ſunt, non ſuſcipiunt magis, et minus, quæ verò per accidens (& ſi inſeparabiles ſint) intentionem accipiunt, & remiſſionem, nam neq; genus, aut magis, & minus prædicatur de eo cuius fuerit genus, neq; generis differentiæ ſecundũ quas diuidatur ipſæ n. ſunt quæ vniuſcuiuſq; rationem complent, eſſe autem vnicuiq; vnum, & idem: neq; intentionem, neq; remiſſionem ſuſcipiens eſt aquilinum autem eſſe vel ſimum, vel coloratum aliquo modo, & intenditur, & remittitur. tex. 31

Poſtquam diuiſit differentiam, in communiter propriè, & magis propriè; & in facientes alteratum, & facientes aliud, & in ſeparabiles, & in inſeparabiles, & ſubdiuiſit in inſeparabiles per ſe, & per accidens, intendit in hoc tex. habẽs oculos ad tirones declarare quę ſunt differentiæ in ſeparabiles per ſe, & quæ ſunt differẽtiæ inſeparabiles per accidens, aſſignans regulam poſterioriſticam, verum etiam intendit aliud diſcrimẽ ponere inter iſtas differentias dicẽs, ꝙ differentiæ inſeparabiles per ſe nõ ſuſcipiũt magis, & minus, illæ verò quæ sunt inſeparabiles per accidens, ſuſcipiunt magis, & minus. Ideo Diuiditur iſte tex. in 2. partes in 1. dat regulam cognoſcendi differẽtias inſeparabiles per ſe, & regulam cognoſcendi differentias in ſeparabiles per accidens in 2. ibi (Quæ igitur per ſe ſunt) ponit diſcrimen inter differentias inſeparabiles per ſe, & inſeparabiles per accidens, quo ad primum. d. ſumens tamen ab Ar. .i. poſt. 30. illæ ſunt differentiæ inſeparabiles per ſe, ſupple tu in primo modo dicendi per ſe, quæ accipiuntur in ratione .i. in definitione ſubſtãtiæ .i. ſubiecti, v.g. rationale accipitur in definitione hominis dicitur differentia per ſe, quoniam per ſe prædicatur de homine vt homo eſt rationalis, & non ſolum differentia ſumitur in def. ſubiecti, ſed etiam genus, vnde et genus, prædicatur per ſe in primo modo de ſubiecto. v.g. homo eſt animal rationale, vnde ſumas, tam genus quàm differentiam, eſſe prædicata per ſe in primo modo dicendi per ſe, & nõ ſolum genus ſed etiam differentiæ generis, vt ſenſibile, & etiam definitio quæ conſtat ex genere, & differentia, vnde oritur hæc regula, illa ſunt per ſe, .i. ꝑdta per ſe in primo modo dicendi per ſe, quæcunque accipiunt in ratione .i. definitione ſubiecti, veluti genus differẽtia, generis, & differentia ſpecifica, & qm definitio fit ex genere, & differentia, quæ ſunt ꝑdta ꝑ ſe, ideo definitio quoque dicitur ꝑdtum per ſe, Dub.

& ſcias

Digitized by Google

& ſcias tu ꝙ hæc differentia inſeparabilis per ſe,quæ accipitur in difinitione ſubſtantiæ, eſt illa quę dicitur differentia magis proprie(illę vero quæ ſecundum accidens (declarat nunc quæ ſunt illæ differentiæ inſeparabiles ſecundum accidens,&.d.ſumendo regulam oppoſitorum nam illæ ſunt differentiæ inſeparabiles per ſe,quæ accipiuntur in definitione ſubiecti illæ vero ſunt inſeparabiles ſecundum accidēs, quæ non accipiuntur in ratione ſubiecti, nec faciunt aliud.i.non faciunt differre ſubſtātialiter alterum ab altero,ſed faciunt alteratum.i.faciunt diuerſum.i.faciunt differre accidentaliter alterum ab altero, vt ſunt differentiæ propriæ dictę.v.g.nigredo quæ eſt differentia inſeparabils à coruo,non eſt differētia per ſe,quoniam non accipitur in definitione corui,& cum non accipiatur in definitione corui,meritò dicitur differentia inſeparabilis ſecundum accidens,de quibus differētijs inſeparabilibus ſecundum accidens,ars. & ſcientia paucam immo nullam habet ſolicitudinē, quoniam verſatur circa ea quæ ſunt per ſe nō autem circa ea quæ ſunt per accidens .i. poſt. 44.& 5.phy.6.Au.ſed

Dub. Dices ſi ars nō conſiderat iſtas differentias, quæ ſunt per accidens, quare Por. de his mentionem facit? Dicas ꝙ

Sol. non facit mentionem de his de intento & per ſe,ſed ad bene eſſe,vt facilius per has differentias ſecundum accidens, poſſimus cognoſcere illa,quæ ſunt per ſe,quæ quidem differentię p ſe,de intento tractantur,quoniam iſtæ ſunt,in quas fiunt diuiſiones generum in ſpecies, iſtæ ſunt ex quibus fiunt definitiones, ſpecierum, & iſtæ ſunt illæ,quæ ſunt medij termini in demonſtrationibus ſimpliciter ad demonſtrādā accidentia de ſubiectis teſte Au.in epiſtola de primitate prædicatorū,& eādem iſtæ ſunt per quas ad omnes ſcientias,nempè diuiſiuam, diſinitiuam, atq; demonſtratiuam deuenimus, & ideo agreditur Porph.aliud diſcrimen inter has differentias in illis verbis quando d. (quæ igitur per ſe ſunt non ſuſcipiunt magis, & minus) q.d.ꝙ iſtæ tales differentiæ,quæ ſunt inſeparabiles per ſe, ſunt ſubſtantiæ, & accipiuntur in definitione.i.in ſubſtantia ſubiecti, non ſuſcipiunt magis, & minus nullus enim magis mortalis,nec minus mortalis dicitur,nec magis rationalis, & minus rationalis, non enim ſortes eſt magis rationalis, quàm Plato, quoniam rationalitas non magis prædicatur de vno, quàm de altero, ſed de omnibus æqualiter, neque idem homo erit magis rationalis cras,quàm hodiè,ſed ſemper æqualiter vniuoce per tres temporum curriculos, non .n. magis eſt rationalis nunc quàm fuit,nec erit, magis,quàm eſt, ſed ſemper equalem ſeruat menſuram, atq; gradum; Vnde oritur hæc ratio ſubſtantia nō recipit magis,& minus teſte Ar. in predicamentis c.de ſubſtantia,ſed differentiæ inſeparabiles per ſe ſunt ſubſtantiæ, quia accipiuntur in ſubſtantia, & dicunt ſubſtantiā ſubiecti, ergo nulli dubium fore arbitror, ꝙ differentiæ per ſe, non ſuſcipiunt magis,& minus,ſed differentiæ quæ ſunt inſeparabiles,per accidens,in hoc differunt ab illis,quæ ſunt per ſe, quoniam ratione,qua non ſumuntur in definitione ſubiecti .i. quia non ſunt ſubſtantiæ, ideo ſuſcipiunt intentionem, & remiſſinem,i. magis,& minus, v.g. coruus eſt niger, & pannus eſt niger abſq; dubio dicimus ꝙ nigredo magis ineſt coruo, quàm panno, & lac eſt album, & murus eſt albus tamē lac eſt magis album, murus vero minus albus, & corpus eſt magis coloratum, & minus coloratum, vnde indubitanter dicimus, ꝙ differentiæ, quæ ſunt inſeparabiles per accidens, ſuſcipiunt magis, & minus, ꝙ reſolutè habeas hanc regulam ab Ammonio,illa dicuntur ſuſcipere magis,& minus,quecūq; contraria ſunt,& circa idem ſubiectum conſiſtunt,queq; mutuo commiſcētur, vt album nigro commiſcetur,& non nunquam puriora, non nunquam magis miſta fieri contigit v.g. ſi accipiantur duo gradus albedinis, & vnus gradus nigredinis, & commiſceantur ex hac commiſtione fiet album, deinde accipiatur vnus gradus albedinis, & duo gradus nigredinis fiet aliud album, tamen illud albū, in quo ſunt duo gradus albedinis erit magis album, & purius, quàm illud, in quo eſt vnus gradus albedinis, qm̄ hoc erit magis miſtum & obſcurius,hinc d.Au.5.Phy.19.ꝙ cauſa magis,& minus eſt admiſtio contrarij. Amplius eſt notandum, ꝙ non ſolum differentiæ inſeparabiles per ſe, non ſuſcipiunt, magis, & minus, ſed etiam genus ꝙ prędicatur de ſpeciebus, non magis prædicatur de vna ſpecie, & minus de alia non .n. animal quod prædicatur de homine,& de formica magis prædicatur de homine minus de formica, ſed æqualiter vniuoce tam de vna ſpecie, quam de reliqua tam .n.homo eſt animal,quàm formica,non magis vnum, quàm reliquum ſimiliter differentiæ, ſm̄ quas genus diuiditur, non ſuſcipiunt magis & minus .i. non pdr̄ magis de vna ſpecie, quàm de reliqua ſpecie ſed ſemper æqualiter, & iſtæ differentiæ ſunt illæ, quæ complent perficiunt vniuſcuiuſq; ideſt ſubiecti rationem .i.definitionem, atq; ſubſtantiam ex quibus omnibus ſumitur ꝙ omnes ſpecies æqualiter participant genus, & differentias per ſe, non magis vna & minus reliqua, & omnia indiuidua æqualiter, & in omni tempore participant ſpeciem,ſortes.n.homo eſt,Plato homo eſt, non magis Plato eſt homo, nec ſortes minus homo, nec itidem hodie minus eſt homo, cras magis erit homo, nec hodie magis rationalis,cras verò minus,& hac ratione probatur ꝙ eſſe vniuſcuiuſq; .i. ſubſtantia vniuſcuiuſq; nec intentionem, nec remiſſionem ſuſcipit. ſ

eſt, ſed genus, & differentiæ per ſe non intenduntur, nec remittuntur, non ſuſcipiunt magis & minus relinquitur ergo, ꝙ illa, quæ non ſunt eſſe, & ſubſtantia vniuſcuiuſq; ſuſcipiunt magis, & minus, ſed differentiæ inſeparabiles, per accidens non ſunt eſſe non dicunt eſſe, & ſubſtantiam vniuſcuiuſq; ergo iſtæ tantùm, & non aliæ differentiæ, ſuſcipiunt magis, & minus. *Dubit.* Sed dices quid intendit Porph. per ly (ratione) quando d. illę igitur quæ per ſe ſunt in ſubſtantiæ ratione: Pro ſol. eſt ſciendum, ꝙ ratio in doctrina Ar. ſumitur multis modis, & primo modo pro vt eſt ſyllogiſmus, vt Ar. 2. cæli 3. Alio modo pro inductione vt 1. phy. 43. Alio modo pro doctrina demonſtratiua, vt 2. phy. 55. Alio modo pro vt eſt probatio. 8. phy. 22. Alio modo pro medio inferendi concluſionem, vt 1. poſt. 48. 49. Alio modo pro intellectu 1. phy. 49. Alio modo ſumitur ratio ꝓ oratione vt in definitione ſyllogiſmi. 1. priorum c. 1. & 1. top. c. 1. & in lib. de motu anim. c. 4. Alio mô ꝓ forma 2. de gen. an. c. 1. Alio mô ꝓ definitione vt Ar. 1. poſt. 30. 31. 4. met. 28. 2. met. 42. in antepredicamentis cap. de æquocis, & vniuocis 1. top. de termino. *Solutio* Dicas ergo indubitanter, ꝙ hic ſumitur ratio pro definitione dicẽs ſic, illæ ſunt differentiæ ꝑ ſe quęcumq; accipiuntur in ratione. i. in definitione ſubſtantiæ, *Dub.* Sed iterum dices cũ ſubſtantia dicatur tribus modis. ſ. forma, materia, & compoſitum teſte Ar. 2. de anima 2 & 25. quid nam intelligit Porph. per ſubſtantiam? *Solut.* Dicas ꝙ intelligit illam ſubſtantiã quæ eſt compoſitã, & vniuerſalis, quæ eſt ſpecies compoſita ex genere, tanquam ex materia, & ex differentia, tanquam ex forma, Sed dub. quare definitio vocatur ratio? *Sol.* Dicas quoniam definitio eſt inſtrumentum intellectus, qui intellectus ratio appellatur ab Ar. 1. phy. 49. cum dixit vniuerſale eſt notum ſecundum rationem. i. ſecundum intellectum, cum ergo ſit inſtrumentum rationis, meritò dicitur ratio ſicut vulgo dici ſolet, ꝙ ſcriptura Platonis. eſt manus Platonis, ita definitio dicitur ratio, quia fit ab intellectu, qui eſt ratio, Vel aliter *Alia ſo.* Dicas, ꝙ ideo definitio dicitur ratio, quoniam ratio eſt forma 2. phy. 28. quæ eſt definitio 3. met. 3. ergo definitio eſt ratio. *Dub.* Amplius dices contra Porph. differentiæ per ſe recipiunt magis, & minus, Pueruli enim non videntur actiones rationales, ita producere, ſicut viri, ergo videtur quòd viri ſint magis rationales, quam pueruli: vnde magis rationalis ineſt viris, minus verò puerulis, *Sol.* Dicas ꝙ tàm viri, quàm pueruli æqualiter ſunt rationales, tamen pueruli quodammodo ab organo ad rationales actiones ſunt impediti, ideo non ſunt ſic expediti; ſicut ad illas viri. *Alia ſo.* Vel dicendum, ꝙ eodem modo pueruli; ſunt rationales, & non magis viri, quàm pueruli ratio enim æqualiter ineſt omnibus; vt potentia, & rationalitas eſt, ſed ſecundum operationem, magis ineſt viris quàm puerulis, propter maius exercitium, & longiorem experientiam: vnde dicebat Ar. 1. de anima 24. non omnibus hominibus ineſt intellectus: non quia intellectus non inſit omnibus; quia omnibus ineſt tamen ſecundum operationem non ineſt omnibus, & ſecundum vſũ nõ. n. omnes æqualiter vtuntur intellectu, quo ad operationem; ſed aliqui magis, aliqui verò minus. *Dub.* Amplius dubitatur Ar. in prædicamentis c. de ſubſtantia ait ſubſtantia eſt, quæ maximè propriè, & primo dicitur, vbi per ly, maxime, ſine dubio oſtendit ſubſtantiam ſuſcipere magis, & minus. *Solut.* Dicas, ꝙ ſi ſubſtantia ſuſcipit magis, & minus non ſecundum latitudinem, ſed ſecundum altitudinem teſte Ammonio. *Alia ſo.* Vel aliter dicas, quia Ar. in c. de ſub. d. ꝙ ſubſtantia prima; vt ſortes eſt magis ſuſtantia tamen non eſt magis ſubſtantia, quam Plato, & ceteri homines ſingulares, ſed eſt magis ſubſtantia quàm ſubſtantia ſecunda, vt ſortes eſt magis ſubſtantia quàm homo, & homo qui eſt ſpecies, eſt magis ſub. quam animal, quod eſt genus; vnde ſcias quod facta comparatione inter eaſdem ſubſtantias, vna non dicitur magis, & alia minus; vt ſub. prima non eſt magis, quàm alia ſubſtantia prima, vt Petrus non magis quam Franciſcus, nec vna ſpecies magis, quam alia ſpecies, vt homo non eſt magis ſubſtantia quàm bos, nec genus magis ſub. quã aliud genus vt animal non magis dicitur, ſubſtantia, quam planta, ſed dicimus quod ſub. prima, vt ſortes, eſt magis ſubſtantia quàm homo qui eſt ſpecies, & homo eſt magis ſubſtantia, quàm animal, quod eſt genus; *Dub.* ſed Quæres quare ſub. prima, eſt magis ſubſtantia quã reliquæ omnes? *Sol.* Dicas cum Ar. in c. de ſub. quoniam ſubiectum eſt omnibus. i. ſecundis ſuſtantijs, ſpeciei, & generi, & accidentibus; vt ſortes eſt homo, eſt animal, eſt albus; homo verò qui eſt ſpecies eſt ſubiectum tantum generi, & accidenti, & nota, ꝙ ſi ſubſtantia prima dicitur aliquando ſuſcipere magis aliquando minus, dicas quod non vt ſubſtantia eſt, ſed ratione accidentis; nam ſortes eſt albus, Antonius eſt albus, tamen ſortes magis albus dicitur, quàm Antonius teſte Ar. in c. de ſub. *Dub.* Sed Dub. ait. n. Porph. ꝙ differentiæ per ſe non recipiunt magis, & minus, qđ videtur falſum nam d. Au. 3. cæli 67. ꝙ formæ elementorum intenduntur, & remittuntur, ſed formæ elementorum ſunt vltimæ, & per ſe differentiæ ipſorum vt ait Alexãder ergo differentiæ per ſe recipiunt magis, & minus. *Sol.* Dicas ꝙ Auer. loquitur de differentijs, & formis perfectis, non autem imperfectis, veluti ſunt formæ elementorum, quæ ſunt mediæ, inter ſubſtantiam & accidentia, vt teſtatur Au. 3. cæli 67. Vnde propoſitio Porph. eſt vera in ſubſtantijs, ſed fallit in accidentibus, vt ait 8. met. 20. vbi inquit, ꝙ forma ſubſtantialis non reci-

Digitized by Google

recipit magis neq; minus.homo.n.non eſt ma-
ioris humanitatis quàm alius homo,ſed acci-
dentia iam clarum eſt in prædicamentis c. de
ſub. ꝙ recipiunt magis , & minus . Sed dices
Dub. contra, nam D. Au. ꝙ forma ſubſtantialis re-
cipit magis & minus,8.met.10.& loquitur de
formis prædictis ergo ſolutio eſt falſa. Dicas
cum eodem Au. ibidem ꝙ forma perfecta re-
Sol. cipit magis & minus non in ſua eſſentia,ſed vt
eſt forma in materia , nam forma humana ſe-
cundum diſpoſitiones materiales , in quibus
exiſtit , ſic poteſt magis , & minus ſuſcipere
quia ſolertia naturalis ſequetur corporis tem
peramentum,& vniuerſaliter omnis, ſubſtan-
tialis forma melius operatur , in mã bene diſ-
poſita quàm in materia non ſic præparata.v.g.
ignis quãdo approximatur in ſulfure propter
materię diſpoſitionem citius,& magis opera-
tur quàm quando approximatur in ligno viri-
di in quo propter indiſpoſitionem citius , ſed
Dub. tardius, & minus operatur, Sed actus quidam
diceret ſi differentiæ per ſe, vt rationalitas,
non recipit magis, & minus , vnde eſt, ꝙ Ali-
quis homo idiota adeò bene diſcurrit , nego-
tiando, numerando , Aliquis verò qui omnes
ſuos annos conſumpſit in ſtudijs,vix loqui ſcit;
immo videmus hac ætate quoſdam homines
qui nullo vtuntur diſcurſu, & adeò ſunt groſſi,
& quaſi beſtiales, ac ſi tm̃ figuram,& hominis
imaginem, non autem formã. & intellectum
hominis haberent,Soluas ſed Nota.ꝙ nec ani-
Sol. ma,nec animæ potentiæ ſecundum ſe recipiũt
magis,& minus,cum rationalis ſit vna de ani-
mæ potentijs , 2. de anima 27. clarum eſt , ꝙ
non ſuſcipit magis, & minus, ſed æqualiter in-
eſt omnibus hominibus, ſed ſi potentiæ animę
recipiunt magis , & minus hoc eſt ratione or-
gani,quoniam tales potentiæ vtuntur organo,
vt intellectus,qui intelligendo dependet à vir-
tute cogitatiua quæ eſt virtus organica 3. de
aĩa 20. ꝙ ſecundum ꝙ organũ cogitatiuæ ha-
buerit meliorẽ complexionẽ,& compoſitionẽ
organo alterius ſic contingit vnum hoĩem eſſe
melioris diſcurſus,quã;ſit alter hõ, hæc ẽ cau-
ſa quare quidã magis,quidam minus diſcurrit
ꝓpter organi bonitatem,v.g.potentia videndi
ineſt æqualiter omnibus,ſed qm̃ oculus,qui eſt
organũ, & inſtrumentum quo videmus, eſt or-
ganũ corporeũ,in quo eſt complexio,& cõpo-
ſitio,quæ complexio,& compoſitio ſunt diſpo-
ſitiones, quæ aliquando ſunt meliores in vno,
& deteriores in alio ex quo prouenit , ꝙ vnus
melius videt,quàm alter qm̃ habet inſtrumen-
tum melius diſpoſitum : vnde iuuenis melius
videt,quam ſenex,quoniam complexio,& cõ-
poſitio organi viſus , eſt melius diſpoſita in
iuuene quam in ſene,& ſi ſenex acciperet ocu-
lum iuuenis, videbit vtiq, ſicut iuuenis,& hoc
eſt illud, quod d.Ar.1.de anima 65. ꝙ ſi ſenior
accipiat oculum talem videret vtiq; ſicut iu-
uenis, ex quibus infero,ꝙ iuuenis eſt melioris
diſcurſus,quàm ſit ſenex,quia æqualitas ſecũ-
di modi, vt ſoluit Auicenna in prima ſen. pri-
mi doct. 3. c. de complexionibus præcipuè re-
peritur in ætate conſiſtentiæ,quia illa eſt ætas
pulchritudinis, tamen ſi videmus ſenes præci-
puè in operabilibus,melius diſcurrere,quã fa-
ciũt iuuenes,hoc eſt per accidens ratione diu-
turni experimenti , quòd non niſi longitudine
temporis perficitur in nobis teſte Ar.6. ethic.
c.9.vbi ait iuuenis autem non eſt expertus lon
gitudo.n.temporis experientiam facit,& ideo
dixit Iob.ꝙ antiquis eſt ſapientia , & in longo
tempore prudẽtia inuenitur; vnde Ar.propter
hanc cauſam dixit 6. ethic. c. 9. ꝙ pueri, & iu-
uenes non poſunt eſſe prudẽtes,vnde ipſe met.
Ar.dixit non minus inherendum eſt expertis,
& ſenioribus,vel prudentum opinionibus atq;
ſententijs ſine demonſtratione quàm demon-
ſtrationibus ipſis 6.ethic.c.13. ꝑſertim in agi-
bilibus , & factibilibus in quibus requiritur
experimentalis cognitio , quæ non niſi longi-
tudine temporis perficitur; vnde concludendo
do dicimus cum Ar. in ethicis ꝙ aliqui homi-
ne ſunt arborei, aliqui brutales, aliqui intelle-
ctuales nuncupati, aliqui .n.vt d.Heſiodus, ad
ſcientias capeſcendas pe ſolam naturam ſunt
apti, & perfecti ex bonitate complexionis, ſi-
cut fuit Hippocrates, & Ariſt.aliqui verò non
per naturam,ſed per doctores excitantes men
tes eorum, quidã verò neutromodo apti ſunt,
& iſti omnino ad diſcernendum verum à falſo
in vtiles ſunt clarum eſt ergo ꝙ iſta diuerſitas
nõ prouenit,niſi ex diuerſitate complexionis,
& diſpoſitionum in quibus forma exiſtit & ſic
patet in doctrina Porp.& Ar.ꝙ formę ſubſtan-
tiales .i. vltimæ differentiæ per ſe ſpecialiſſi-
mæ , non recipiunt magis neq; minus , ſed eſt
æqualis participatio à ſuis indiuiduis , iuſtà
Porp. dictum participatione.n. ſpeciei plures
homines ſunt vnus homo,in c.de ſpecie,nec nõ
in communitatibus differentiæ , & ſpeciei , ꝙ
commune eſt vtrique æqualiter participari ho
mine.n.æqualiter participant particulares ho Dub.
mines,& rationali differentia ſed ſi aliquis di-
cere auderet , ꝙ alter homo eſt rationabilior
altero homine,dicas ſicut dicimus ad Gilber-
ti ſententiam qñ d.ꝙ brutum eſt animatius
planta,hoc verum eſſe dicimus, quo ad opera-
tiones,quas plus exercet brutum.i.animal quã
planta, ſed non quo ad eſſentiam , qm̃ animal
non plus participat de eſſe animato quàm plã
ta, ſimiliter dico; ꝙ alter homo non eſt ratio-
nabilior altero , quo ad eſſentiam , ſed quo ad
operationes non eſt inconueniens, qm̃ vnus pl9
exercet operationes intellectus,quàm alter ex
hac ſolutione ſoluas quandã contradictiuncu-
lã in ordine 23.in qbuſdã pagellis editis ſcri-
ptã q à quibuſdã admiratione digna reputat
tu ergo ſoluas hoc mõ & ſic eam annihilabis.

Cum

Cum igitur tres ſpecies differentiæ conſiderentur & eum, hæ quidem ſint per ſe, illa verò per accidens; rurſus earum, quæ per ſe ſunt differentiarum, aliæ quidem ſunt ſecundum quas diuidimus genera in ſpecies, aliæ verò ſecundum quas ea, quæ diuiſa ſunt ſpecificantur: vt cum per ſe differentiæ omnes huiuſmodi animalis ſint, animatum & ſenſitiuum, rationale, & irrationale, mortale, & immortale, animati quidem, & ſenſitiui differentia conſtitutiua eſt ſubſtantiæ animalis (eſt.n. animal: ſubſtantia animata ſenſitiua) mortalis verò, & immortalis differentia, & rationalis, & irrationalis, diuiſiuæ ſunt animalis differentiæ, per eas enim genera in ſpecies diuidimus.

Cum diuiſit differentiam in communem, propriam, & magis propriam, quam iterum diuiſit in facientem aliud, & facientem alteratum, & eiuſdem differentiæ tertiam aſſignando diuiſionem dixit alias eſſe ſeparabiles, alias inſeparabiles, & ſubdiuidendo dixit, inſeparabilium, alias eſſe per ſe, alias per accidens: nunc aliam ſubdiuiſionem tradit dicens, ꝙ differẽtiarum. quæ ſunt per ſe, aliæ ſunt generum diuiſiuę, aliæ verò ſpecierum conſtitutiuæ, repetendo omnia, quæ ſupra dixit; vnde diuiditur iſte text. in 3. partes, in prima repetit diuiſiones differentiarum ſuprafactas, in 2. ibi (rurſus earum) facit ſubdiuiſionem differentiarũ, quę ſunt per ſe in 3. ibi (cum per ſe differentiæ) hanc vltimam ſubdiuiſionem manifeſtat, & exemplificat in arbore ac in linea prædicamẽtali; quantum ad primum repetit, quæ dixit dicens, cum igitur tres ſpecies differentiæ cõſiderentur, videlicet communis, & propria, & magis propriè, & vna eſt ſeparabilis, vt eſt cõmuniter dicta, aliæ duę, vt proprię, & magis propriæ ſunt inſeparabiles, & rurſus inſeparabilium, aliæ ſunt per ſe, aliæ vero per accidens rurſus .i. de nouo præter ſupradictas differentiarum diuiſiones, & ſubdiuiſiones adeſt alia ſubdiuiſio nunc declaranda, & hæc eſt .ſ. ꝙ differentiarum, quę ſunt per ſe .i. ſecundum ſubſtantiam, aliæ ſunt diuiſiuæ generum .i. ſecundum quas diuidimus genera, in ſpecies, aliæ vero ſunt conſtitutiue ſpecierum .i. ſecundum quas ea, quæ diuiſa ſunt ſpecificantur .i. quæ informant ſpeciem, & ipſã in eſſe conſtituunt; dat exemplum de differentijs diuiſiuis, & d. vt cum differentiæ omnes huiuſmodi animalis ſint animatum, & ſenſitiuum, rationale, & irrationale, & mortale, & immortale: omnes .n. iſte differentiæ ſunt diuiſiuæ generis, diuidunt genus, & conſtituunt ſpecies, ſed vt facilius, & ſine labore nouitij intelligant mentem Porph. faciamus ſic, & primum ſit in linea prædicamentali ſubſtantia, quæ diuiditur incorporeã, & in incorpoream, & ſub ſubſtantia ponitur, corpus quod corpus diuiditur in animatum, & in inanimatum, & ſub corpore, ponitur corpus animatum, quod corpus animatum diuiditur in rationale, & in irrationale; & ſub animali ponitur aĩal rationale, quòd diuiditur in mortale, & in immortale, & ſub animali rationali ponitur, homo, qui non amplius diuiditur, cũ ſit ſpecies ſpecialiſſima, ſed ſub ſe cõtinet particulares homines, vt puta Marium, Ferdinandum, & Federicum, ex quo nota, ꝙ iſtę differẽtiæ .ſ. corporeum, & incorporeum, in quas diuiditur ſubſtantia, & animatum, & inanimatum, in quas diuiditur corpus, & ſenſibile, & inſenſibile, in quas diuiditur corpus animatũ, & rationale, & irrationale, in quas diuiditur animal, & mortale, & immortale, in quas diuiditur animal rationale, ſunt differentiæ diuiſiuæ generum quia diuidunt ſubſtantiam, corpus, corpus animatum, animal, animal rationale, quæ omnia ſunt genera, & reſpectu iſtorũ generum, iſtæ differentiæ dicuntur diuiſiuæ, ſed iſtæ met differentiæ, ſunt, & vocantur cõſtitutiuæ informatiuæ, quia conſtituunt informant ſpecies, hoc modo videlicet, ſumendo illas differentias, quæ poſſunt ſtare ſimul, vt animatum, & ſenſibile, iſte duæ differentiæ copulatim ſumptæ, iunctæ cum ſubſtantia, ſtatim conſtituunt, ſpecificant informant ſpeciem, quæ eſt animal, dicendo ſic, animal eſt ſubſtãtia animata ſenſibilis, quod animal licet ſit genus inferiorum, tamen dicitur ſpecies reſpectu ſuperiorum, quæ ſubſtantia in definitione animalis, eſt genus animatum vero, & ſenſibile ſunt differentiæ, conſtitutiuæ, animatum, & inſenſibile conſtituunt plantã vt dicendo planta eſt ſubſtantia animata inſenſibilis. Nota etiam quod animal diuiditur, in rationale, & irrationale, ſed iungas rationale ſimul cum mortali; quæ ſunt differentiæ diuiſiuę animalis, ſtatim fiunt conſtitutiue hominis, faciunt, & conſtituunt hominem, dicendo ſic homo eſt animal rationale mortale, ſimiliter ſi iungas, atq; copules irrationale, cum mortali ſtatim iſte duę differentiæ, cõſtituunt bruta, vt equũ, bouem, & leonem, dicendo ſic leo eſt animal irrationale mortale, ac etiam ſi copules, & ſimul iungas rationale, immortale, ſtatim hæ duæ differentiæ formant dei glorioſi ſubſtantiam, dicendo Deus glorioſus eſt rationalis immortalis, ex quibus omnibus ſumuntur iſte coniugationes quæ conſtant, quarum Prima ẽ hæc .ſ. animatum ſenſibile, quę conſtituit animal, Secunda eſt hæc animatum inſenſibile, quæ conſtituit plantam, Tertia eſt hæc rationale mortale, quæ conſtituit hominem, Quarta eſt hæc rationale immortale, quæ conſtituit Deum benedictum, Quinta eſt hæc irrationale mortale, quæ conſtituit bruta, & omnia, quæ ratione carent. Sed dubium oriri videtur *Dub.* d.n. Porph. ꝙ differentiæ quæ ſunt diuiſiuæ generum illę met ſunt conſtitutiue ſpecierum; videmus enim quod irrationale immortale ſunt diffe-

differentiæ quæ diuidunt genus, & tamen non conſtiluunt ſpeciem, non enim eſt aliquod, quod ſit irrationale immortale. Soluitur verum pro
Sol. ſol. eſt notandum, quod vult Ar. cæleſtia corpora non eſſe animata, quo ſtante dicendum, quod id, quod non eſt animatum, non poteſt eſſe animal, quod non poteſt eſſe animal, non poteſt eſſe rationale, cum ergo corpora cæleſtia non ſint animata, meritò non poſſunt eſſe rationalia, tamen ſunt immortalia, perpetua propter ſimplicitatem, & motus perpetuitatem: Vnde dicimus, quod iſtę duę differentiæ irrationale, nempè, & immortale conſtituunt aliquid, vt ſunt corpora cæleſtia, quę ſunt irrationalia, immortalia. Vnde ſumas, quod illud, quòd eſt irrationale generationi, & corruptioni obnoxium, non poteſt eſſe
Repl. immortale. Sed Aliquis contra hanc Sol. arguere poſſet dicens, quod Porph. ponit ſecundum mentem Platonis rationale eſſe commune ad
Sol. homines, angelos, corporaque cæleſtia, & illa animata ponit, & non inanimata. Dicendũ eſt ergo, & aliter, quòd iſta differentia ſ. irrationalis, & immortalis, licet actu ſpeciem aliquam non conſtituat, poteſt tamen conſtituere
Repl. re. Sed Dices contra, nam fruſtra datur pōa .i. cæli 20. quæ non eſt reducibilis ad actum, ſi ergo tales differētię ſpeciem conſtituere poſſent ſi non in actu conſtituerent, illa pōa eſſet fruſtatoria. Dicas pro defenſione Boeti quod
Sol. ipſe ſub conditione loquitur, nam d. ipſe ſi iungi vllo modo potuiſſent, earum naturam, & ſpeciem quoque poſſent efficere, vel aliter dici poteſt quod potentia ſumitur dupliciter, &
Alia ſo. pro potentia quæ diſtinguitur contra actum, & pro aptitudine, & ita in propoſito ſumitur pro aptitudine, & ſic non eſt nēce vt ad actum reducatur. Sed Ammonius ait, quod nonnulli aſſerunt eſſe quodam infimum demoniorum genus, irrationabilium, & ſic differentię illæ. ſ. irrationalis, & immortalis demones tales irrationabiles, immortaleſque veluti ſpeciem vnam efficiunt, qui quidem demones inferiori ordine ſemper commorantur, merita ſque illi animarum pœnas ſumunt, qui à non nullis immortales, à quibuſdam verò mortales reputantur. Sed iterum quis dubitabit contra
Dubit. Porph. d. enim ipſe quod differentiæ diuiſiuæ generum ſunt conſtitutiuæ ſpecierum, hoc videtur
Solutio tur falſum; nam inanimatum, & ſenſibile ſunt duæ differentiæ diuiſiuæ generis, quæ nullam conſtituunt ſpeciem. Soluas dicens, quod tunc differētię quę diuidunt genus conſtituunt ſpeciem, quando iungi poſſunt, modo hæ duæ differentiæ iungi non poſſunt, ideo non conſtituunt aliquam ſpeciem, & ſic loquitur Porph. ex quibus nota, quod ex differētijs ſunt quædam, quæ ſunt diuidentes tantummodo, quæ ſunt differentiæ generum generaliſſimorum, Aliæ ſunt ſolum conſtituentes, quæ ſpecialiſſimis conueniunt, differentiæ verò quę dicuntur diuiſiuæ, & conſtitutiuæ ſubalternis competunt, v. g. corporea, & incorporea ſunt differentiæ quæ diuidunt ſubſtantiam & nunquam conſtituunt, quæ ſubſtantia eſt genus generaliſſimũ, rationale, & mortale ſunt differentię conſtitutiuæ ſolum hominis, qui eſt ſpecies ſpecialiſſima, aliæ autem differentiæ diuidunt, conſtituunt media, ſeu genera ſubalterna.

Sed ea quidem, quæ diuiſiua ſunt differentiæ generum, completiua fiunt, & conſtitutiua ſpecie- Tex. 33
rum. Diuiditur .n. animal rationalis, & irrationalis differentia, & rurſus mortalis, & immortalis differentia, ſed rationalis, & mortalis differentiæ conſtitutiua fiunt hominis, rationalis verò, & immortalis Dei, irrationalis autem, & mortalis irrationalium animalium. Sic vero, & ſupremæ ſubſtantiæ, cum diuiſiuæ ſint, animati, & inanimati differentia, & ſenſitiui, & inſenſitiui, animata quidē ſenſitiua animal perfecerunt: animata vero, & ſi iuxta ſubſtantiam ſumautur inſenſitiua, perfecerunt plantam, quoniam ergo eadem aliquo modo, quidem accepta fiunt conſtitutiua: aliquo modo autem diuiſiua, ſpecifica omnes vocantur, & his maximè opus eſt, ad diuiſiones generum, & ad diſinitiones: Sed non his, quæ ſecundum accidens inſeparabiles ſunt: neque etiam magis, ijs, quæ ſunt ſeparabiles.

Poſtquam Porph. diuiſit differentias per ſe dicens, quod aliæ ſunt differentiæ per ſe, ſecundum quas diuidimus genera in ſpecies, Aliæ verò ſunt ſecundum quas, ea, quę diuiſa ſunt ſpecificantur .i. aliæ ſunt differentiæ per ſe diuiſiuæ generum, Aliæ verò ſunt differentiæ per ſe conſtitutiuæ ſpecierum, nunc in hoc text. demonſtrat geminum differentiarum vſum, vnũ quo genera diuiduntur, Alium quo ſpecies informantur, ſic ait Boet. vel dicas, quod nunc reſpondet tacitæ obiectioni, dicet enim aliquis, differentiæ, quæ ſunt diuiſiuæ generum, ſunt ne illæ met ipſæ, quæ complent, & conſtituunt ſpeciem; Diuiditur iſte text. in 3. partes, in prima reſpondet tacitæ obiectioni: in 2. ibi (diuiditur enim animal,) exemplo manifeſtat ſolutionem eſſe veram: in 3. ibi (& his maximè opus eſt) determinat, quod generum diuiſiones, & ſpecierum diffinitiones, nō fiunt niſi ex differentijs per ſe generum diuiſiuis, & ſpecierum conſtitutiuis, quo ad primum ait Porph. quod hæ quidem differentiæ, quæ diuiſiuæ ſunt generum, illæ met ipſe ſunt completiuæ, & conſtitutiuæ ſpecierum, & q. d. non aliæ, dat exēplum diuiditur enim animal rationali, & irrationali differentiæ, & rurſus mortali, & immortali differentiæ, ſed ea, quę ſunt rationalis differentiæ, & mortalis conſtitutiuæ, ſunt hominis; ecce nunc manifeſtum eſt, quod illæ met differentiæ, quæ diuidunt animal, quod eſt genus, illæ quoque differentiæ conſtituunt hominem,

Digitized by Google

nem, qui eſt ſpecies, dicendo ſic homo eſt animal rationale, mortale, hę duæ differentiæ ſ. rationalis, & mortalis, quæ diuidunt animal, compleſent efficiunt, atque conſtituunt hominem qui eſt ſpecies, irrationale, mortale, differentiæ quæ etiam diuidunt genus conſtituunt ſpeciem .i. equum vel bouem, & rationale, immortale conſtituunt Deum, & per Deum intelligitur, vt ait Boet. Deum corporeum vt ſolem, & cælum, quæ, vt Plato aſſerit ſunt animata, & rationabilia, quæ deorum vocabulo antiquitatis veneratione probatur eſſe ſubiecta, iam patet ergo quomodo eædem differentię quæ ſunt diuiſiuæ, ſunt etiam conſtitutiuæ quæ quidem aliquo modo accepte ſunt, conſtitutiuæ, aliò verò modo ſunt diuiſiuæ, nam reſpectu generum ſunt diuiſiuæ, reſpectu ſpecierum ſunt conſtitutiuæ, quæ differentiæ diuiſiuæ, generum, & conſtitutiuę ſpecierum vocantur ſpecificæ quia faciunt ſpeciem, & his maximè opus eſt ad diuiſiones generum, & definitiones ſpecierum .i. & iſtæ differentię, quæ ſunt diuiſiuæ, & conſtitutiuæ, ſunt maximè neceſſariæ ad faciendas diuiſiones, & diffinitiones, non autem illę, quæ ſunt ſeparabiles, neq; illæ quæ ſunt inſeparabiles per accidẽs, veluti ſũt differentiæ communiter, & propriè dictę, & nota ꝙ Porph. (maximè opus eſt) dicit maximè, quia multotiens propter humanam imbecillitatem caremus his differentijs, & facimus definitiones ex accidentibus, teſte Au. 1. poſt. 36. 2. poſt. 20. 2 1. 8. met. 5. v. g. ſi volumus definire hominem vera definitione, dicemus homo eſt animal rationale, & ſi caremus hac differẽtia .ſ. rationale, vteremur proprio accidente, & diceremus homo eſt animal riſibile, et quia nota tu poſterioriſta, ꝙ accidens proprium poteſt eſſe prædicatum in primo modo dicendi per ſe, tamen non vt accidens eſt. quia ſic eſt in ſecundo modo dicendi per ſe, ſed vt tenet locum differentiæ erit in primo modo: Ex quibus omnibus reſolutè dicas, ꝙ eædem differẽtiæ quæ ſunt diuiſiuæ, ſunt etiam conſtitutiuæ diuerſo tamen modo ſumpte ex quibus differentijs per ſe diuiſiuis, & conſtitutiuis neceſſariò fiunt diuiſiones dico eſſentiales, & definitiones quid rei ſubſtantiales: ac etiam demõſtrationes, teſte Au. in Epiſtola de prim. prædicatorum, differentiæ verò quæ ſunt ſeparabiles, & inſeparabiles ſunt per accidens, & ſũt accidentia quæ non deſeruiunt diuiſioni, non definitioni, non demonſtrationi, quia ſpeciem non informant, non conſtituunt, nec complẽt, ideo reiciantur expellantur ab arte tanquàm quædam inutilia arti ac ſcientiæ: Sed Dubitabis dicens, ꝙ Porph. non ſibi conſtat, nam dixit in text. ſuperiori, ꝙ differentiæ per ſe ſunt duobus modis, Aliæ .n. ſunt ſecundum quas diuidimus genera in ſpecies; Aliæ vero ſunt ſecundum quas, ea quæ, diuiſa ſunt ſpecificantur *Dub.* quid. ꝙ aliæ ſunt differentiæ diuiſiuæ, & Aliæ ſunt differentię conſtitutiuæ, modo in hoc tex. dicit oppoſitum dicit .n. ꝙ eædem ſunt differentiæ diuiſiuæ, & conſtitutiuæ. Dicas ꝙ Porph. vbiq; *Solutio* optimè dicit, non ſibi aduerſatur, nam quando d. ꝙ differentiæ ſunt differentiæ quæ diuiſiuæ dñr, loquitur de illis differentijs, quæ diuidunt genera generaliſſima, quæ diuidentes tantummodo vocantur, Aliæ verò ſunt ſolum conſtituentes, & non diuidentes, quæ competunt ſpeciebus ſpecialiſſimis, & ſic aliæ ſunt diuiſiuæ, Aliæ conſtitutiuæ, & non eædem, Aliæ verò ſunt, quæ diuidunt genera ſubalterna, & hæ ſunt diuiſiuæ ſimul & conſtitutiuæ generis & ſpeciei. Hæc Ammonius: Vel Dicas, quod quando d. Porph. ꝙ aliæ ſunt diuiſiuæ, & aliæ *Alia ſol.* ſunt conſtitutiuæ intelligitur ſic, ſicut ſe exponit in hoc tex. nam eædem differentiæ, alio modo acceptæ in reſpectu generis ſunt diuiſiuæ, alio modo acceptæ in reſpectu ſpeciei ſunt conſtitutiuæ, & ſic vocantur aliæ & aliæ in reſpectu alterius, non ꝙ ſint diuiſiuæ, aliæ & diuerſæ à conſtitutiuis, ſed ſunt eadem numero, & ſic intelligitur Porph. Sed dices id ꝙ deſtruit, & *Dub.* diuidit non conſtruit, ædificat, atq; informat, ſed eædem differentiæ diuidunt ergo non conſtituunt. Dicas ꝙ hoc verum eſt reſpectu vnius, *Sol.* & eiuſdem, non reſpectu diuerſorum, nam licet differentiæ diuidant genus, tamen non conſtituunt genus ſed conſtituunt ſpeciem. Iterum Dices nam d. Porph. ꝙ differentię diuiſiuæ, & *Dubit.* conſtitutiuæ vocantur ſpecificæ, vellem ſcire ſi eædem differẽtiæ diuidunt genus, & conſtituunt ſpeciem quare Porph. non dixit ꝙ illæ differẽtiæ dicuntur genericæ ſicut dixit, ꝙ illæ differentię dicuntur ſpecificæ ſumendo potius nomen à ſpecie, quam à genere. Dicas quia 2. *Solutio* de anima 49. à nobiliori fit denominatio, & quia conſtituere, & conſtruere licet ſit difficilius 2. priorum cap. 22. & 7. top. loco 7. tamen eſt nobilius ipſo diuidere, & deſtruere, & per conſequens conſtitutiuũ eſt nobilius diuiſo, ſed id ꝙ conſtituitur, eſt ſpecies, & quod diuiditur eſt genus ideo, & meritò, Porph. dixit, ꝙ tales differẽtiæ vocantur ſpecificæ, & non genericæ, ſumendo denominationem à ſpecie & non à genere.

Quas etiam determinantes dicũt. Differentia eſt Tex. 34
qua abundat ſpecies à genere. homo .n. animal plus habet quam rationale, & mortale, animal .n. neq; nihil horum eſt nam vnde ſpecies haberent differentias? neq; omnes oppoſitas habet, quoniã idem ſimul habebit oppoſitas ſpecies. Sed quemadmodum cenſent poteſtate quidem habet omnes eorum, quæ ſub ſe ſunt differentias actu verò nullam. ac ſic, neque ex ijs quæ non ſunt aliquid fit neq; oppoſita ſpecies circa idem erunt.

Poſtquàm Porph. huius nominis ſcilicet differen-

Digitized by Google

rentiæ, cũ varias enumerauit ſignificationes, tum plurimas enarrauit diuiſiones, nũc ipſius differentię, quę ſpecifica dr̃ multiplices, & numero quinque definitiones ſeu deſcriptiones aggreditur, & primo in hoc tex. primam. Vnde Diuiditur ille tex in 3. partes, in prima tradit primam differẽtiæ definitionem, in 2. ibi (nam vnde ſpecies) Dubitat circa hanc definitionẽ de differentia datam, in 3. ibi (ſed quemadmodum cenſent) affert dubitationis ſolutionem. Quantum ergo ad primum, Antiqui Peripatetici determinantes. i. definiẽtes, qm̃ terminus rei eſt definitio rei. 1. top. c. de termino Ar. ſeu deſcribentes, dicunt, ꝙ differentia. i. conſtitutiua. i. ſpecifica, de qua Philoſophi loquuntur, eſt illa qua. i. per quã ſpecies abundat à genere. i. ſuperat, excedit ipſum genus, dat exẽplum, v. g. homo qui eſt ſpecies, ſuperat animal, quod eſt genus, qm̃ homo habet plures differentias, quas nõ habet animal, nam homo eſt rationalis & mortalis, animal verò nihil horum eſt. i. neq; habet rationalitatem, neq; mortalitatẽ, ex quo ſequitur, ꝙ cũ ſpecies habeat iſtas differentias, & genus careat illis, quòd ſpecies abundat a genere, & ſuperat genus: & vt facilius intelligant auditores, do aliud exẽplum, v. g. Ferdinandus Marchio Santolucidentium habet omnes iſtas ſciẽtias. ſ. eſt Poeta sũmus, atq; excellentiſſimus immo Poetarũ princeps, eſt Philoſophus ſubtiliſſimus, & eſt in bellis exercitatiſſimus; deinde eſt alter Marchio, qui nihil horum eſt, neq; Poeta, neq; Philoſophus, neq; in bello exercitatus, per iſtas ergo ſcientias, & virtutes, quas habet iſte meus Illuſtriſſimus Marchio Ferdinãdus ſuperat, atq; excedit alium Marchionem, qui omnino caret his.

Alia expoſitio. Vel aliter dici poteſt, quare dr̃ differentia, eſt, qua ſpecies abundat à genere, pro cuius intelligentia eſt ſciẽdum, ꝙ genus in ſui definitione nullam differentiã generis diuiſiuam actu includit, non enim animal, vt animal eſt rationale, vel irrationale, qm̃ ſi animal in ſui definitione, ſuas differentias diuiſiuas actu contineret, in quocũq; inuenirentur, de eodem prædicarẽtur, ſicut genus. v. g. ſi animal ex natura, & ratione ſui eſſet rationale, cum aſinus ſit animal, eſſet animal rationale; ſi autẽ irrationale, cũ homo ſit animal, eſſet animal irrationale. patet ergo, quod genus nullã ſui differentiam diuiſiuã includit actu, ſed ſpecies includit actu genus, cui ſubijcitur actu, & vltra genus, includit alteram differẽtiarum diuiſiuarũ generis, quoniam per ipſam conſtituitur, & per ipſam diſtinguiẽ actu à qualibet alia ſpecie. v. g. homo includit animal actu, & includit rationale actu, eo quod per rationale conſtituitur, & diuiditur à quacunq; alia animalis ſpecie, cum ergo dicitur differentia eſt qua abundat ſpecies à genere, ſic intellige, differẽtia eſt, quam in ſui ratione ſpecies ſupra genus actu includit, quã non includit genus, & in hoc ſenſu dr̃, ꝙ ſpecies abundat differentia à genere, eo ꝙ genus ab vtraq; ſui differentia diuiſiua abſtrahit, quas ſpecies oppoſitæ includunt, vt homo includit rationale, brutũ verò irrationale includit.

Alia expoſitio. Vel aliter dici poteſt, qñ dicitur differentia, qua abundat ſpecies à genere, qm̃ omnia, quę ſunt in definitione generis, ſunt etiam in definitione ſpeciei, ſed ſpecies vltra omnia illa, ſuperaddit propriã differentiam, v. g. animal ſic definiẽ, animal eſt ſubſtantia corporea animata ſenſitiua, hæc omnia ſunt etiã in definitione hominis, ſed ſuperaddit rationale, & mortale, nam homo eſt ſubſtantia corporea animata ſenſitiua, rationalis mortalis, propterea dicitur, ꝙ differentia eſt, qua abundat ſpecies à genere. Sed contra hanc definitionẽ differentiæ arguit Porph. dicens in 2. parte tex. (nam vnde ſpecies habent differentias) & ſupponit duo, primũ eſt Ar. in prędicamentis c. de ſub. & in c. de oppoſitis, ꝙ duo oppoſita in eodem eſſe non poſſunt: ſecundũ eſt, ꝙ ex nihilo nihil fit. v. g. manus frigida, non eſt calida ſimul, ecce duo contraria nõ ſunt in eodẽ ſubiecto; ac domus fabricanda nõ poteſt fabricari, ſi non adeſt materia. i. cementa, lapides, & ligna, ex quibus fit, aliter fieri nõ poſſet; quibus ſtantibus d. Por. ſi ſpecies habet differentias, per quas ſuperat genus, tunc vel ex nihilo aliquid fieret, vel duo contraria eſſent in eodem, vtrumq; falſum, & impoſſibile, ergo cõſequentia probatur, nam ſi ſpecies habet differẽtias, vnde debebit? vel ex genere, vel ex nullo, ſi ex nullo, ergo ex nihilo aliquid fieret, quod eſt cõtra Philoſophos omnes exclamãtes ex nihilo nihil fieri, non à genere, qm̃ ſi genus haberet differentias, cum differentiæ in contraria diſſoluãtur, vt rationalitatem, & irrationalitatẽ, ſimul haberet animal, quod eſt genus, ſequeretur, quòd duo cõtraria ſimul eſſent in eodem. Reſpondet Por. ad dub. & d. Sed pro intelligẽtia eſt ſciẽdum, ꝙ aliquod continere, ſeu habere aliquid, poteſt eſſe bifariã, vno modo actu, alio modo poteſtate. v. g. ſortes, ſtat, ſedet, & nõ ſedet, ſedet quidem poteſtate, actu verò nõ ſedet: & ouum eſt animal, & non eſt animal, nõ eſt animal actu, ſed eſt animal poteſtate, quia poteſt effici animal: Marius eſt Cardinalis, & non eſt Cardinalis, eſt Cardinalis in potentia, & poteſtate, non actu: Ferdinandus eſt Rex, & non Rex, eſt quidem Rex poteſtate, & potẽtia, non eſt Rex actu: ſic igitur genus habet differentias, & non habet, habet quidem poteſtate, ſed non habet actu, quod nõ inconuenit, tunc formaliter reſpondendo ad rationem dicit, ꝙ ſpecies habet differentias à genere, & cum dr̃, ergo contraria ſunt in eodẽ, conceditur quod habet contraria non actu, qua ſolutione ſtãte, d. Por. ꝙ non ſequunẽ ſupradicta inconuenientia. ſ. quod ex his, quæ non ſunt. i. ex nihilo fit

aliquid, nec in eodẽ ſimul duo oppoſita erunt, vnde fiat pulchra ratio, illa ſolutio eſt vera, qua poſita remouentur dubia, & qua remota ſequũtur dubia, atqui poſita hac ſolutione remouetur dubiũ, & ipſa remota, dubium ſequitur, ergo hæc ſolutio eſt vera. Sed hic nota, ꝙ genus ſi per ſe conſideratur, vt genus eſt actu, non habet cõtraria, ſed ſi ad ſpecies referatur, per diſtributas ſpecies, in partibus ſuis cõtraria retinebit, vt optime aſſerit Boet. vnde poſſumus dicere, ꝙ genus, vt genus per ſe ſumptũ actu, contraria non habet, ſed conſideratũ reſpectu partium. i. ſpecierũ actu cõtraria habebit. *Dub.* Sed Dubitant Platonici, atq; Academici, probantes rationale & irrationale, mortale & immortale nõ eſſe contraria, & actu eſſe in genere, ſic dicentes, illa ſunt contraria, quæ ſe inuicẽ corrumpũt, ſed rationale ſuſtinet, conſeruat, cuſtodit irrationale, & immortale cuſtodit mortale, ergo rõnale, & irrationale, mortale, & immortale non ſunt contraria, minorẽ probant, nam Deus glorioſus, cum ſit immortalis, & rationalis, omnia mortalia ſuſtentat, & cuſtodit, necnon irrationalia, ergo ſi immortale, & rõnale cuſtodit mortale, & irrationale, clarẽ ſequit̃ ꝙ non ſunt contraria, & cum non ſint contraria, nihil prohibet ſimul generibus ineſſe. *Alia rõ.* Amplius aiunt iſti, ꝙ licet rationale, irrationale, mortale, & immortale ſint contraria, tñ non inconuenit, ꝙ actu ſint in eodem genere, licet inconueniat duo contraria eſſe in eodem ſubiecto corporeo, ſed nõ inconuenit, ꝙ ſint in eodẽ ſubiecto incorporeo, veluti ſunt animi accidẽtia, vt triſtitia, gaudiũ, ira, amor, & ſimilia, genus verò eſt quid incorporeum, & cum ſit incorporeum ſimul in eo eſſe dr̃ias oppoſitas, non inconuenit. *Alia rõ.* Amplius dicunt iſti, ſi genus poteſtate cõtinet dr̃ias oppoſitas, ergo oportet, ꝙ per aliquod in actũ adducãtur, vt aqua, quæ actu eſt frigida, ſed eſt potentia calida, reducitur actu calida, per aliquod. i. per ignẽ qui actu eſt calidus, ſed nihil eſt in genere, quod adducat dr̃ias in actu, ergo in genere non ſunt dr̃ię in poteſtate, ſed actu ſunt in illo. *Alia rõ.* Amplius aſſerunt iſti, omne quod potẽtia eſt, imperfectum eſt, quod verò actu eſt, perfectũ eſt, ſi igit̃ ſpecies actu habent dr̃ias, genus habet dr̃ias poteſtate, tunc ſequeretur, ꝙ ſpecies ſpecialiſſimæ erunt perfectiores, & digniores generaliſſimis, generaliſſima verò oĩbus imperfectiora, & indigniora, quod maximè abſonum eſt, ſequeret̃ etiam, ꝙ effecta eſſent cauſis perfectiora, & meliora, nè ergo ſequantur hæc inconuenientia, melius erit dicendum, ꝙ differentiæ actu ſunt in genere, non aũt potẽtia. Hæc ſunt argumenta iſtorũ, quæ ſoluens Ammonius, ait, ꝙ cũ genus dicatur tribus modis, *Solutio* Vno modo dr̃ genus ante multa. Alio modo dr̃ genus in multis. Alio modo dr̃ genus de multis, quo genere ſic ſtante d. Ammo. ꝙ verũ eſt, ꝙ dr̃iæ oppoſitæ actu ſunt in genere, quod eſt ante multa, & de hoc loquuntur Academici, & Platonici, ſed loquendo de genere, quod eſt in multis, de quo loquuntur Peripatetici, & Por. cum illis, in tali quidem genere actu nullo modo poſſunt eſſe oppoſitæ dr̃iæ, ſed tñ poteſtate, & ꝙ hoc ſit verum, adeſt exemplum, qũo genus quod eſt in multis potentia, cõtinet dr̃ias oppoſitas, natura. n. ab vniuerſalioribus ad ſingulariora proficiſcitur. v. g. ex ſemine humano immiſſo, & repoſito in vtero matris, primum quod fit, & generatur in matrice, eſt quædam caruncula, quæ à medicis corpus appellatur, quod corpus eſt vniuerſale, quod actu eſt corpus, ſed potentia eſt animatũ non actu, qñ verò aletur, & augebitur, animabitur, & actu dr̃ animatum, ſed dr̃ animal potentia, cum verò ſenſum, & motũ nactum eſt, actu animal erit, ſed erit rationale in potentia, cũ verò auditionis, & rationis particeps fuerit, actu homo eſt, ſed eſt potentia grãmaticus, ecce itaque, in generibus, quæ in multis ſunt dr̃ias potentia eſſe conſpicimus, recteq; phiſicos hoc modo dicere patet, & qm̃ Por. librum hunc, non ad Platonicã, ſed ad Ariſtotelicam facultatem vtilem ſcribere volebat, Peripatetica ſolutione vſus eſt, dicens, oppoſitas dr̃ias non actu, ſed poteſtate generibus ineſſe. Sed ex tex. dubitabis, *Dub.* dicens, ꝙ genus actu habet oppoſitas differentias d. Por. in tex. ſic, genus neq; nihil horũ eſt, duę negationes affirmãt, qñ d. neq; nihil, quod idẽ eſt dicere, ac ſi diceremus, homo non non eſt bipes. i. homo eſt bipes, ſimiliter genus, neque nihil. non non eſt rationale, & mortale. i. genus eſt rationale mortale. Dicas, ꝙ in Lo- *Sol.* gica duæ negationes habent maximã vim negandi, non autẽ affirmandi. Vel Dicas, ꝙ qñ d. *Alia ſol* neq; nihil, intelligitur ſic. i. genus omnino nihil horũ eſt, neque. ſ. rationale, neque mortale. Rurſus dubitabis, dicens, duo contraria eſſe in *Dub.* eodẽ ſubiecto, nam corpus nunc calidum, nũc erit frigidũ, modò calidum, & frigidum ſunt contraria 1. phyſ. 41. ergo duo contraria ſunt in eodẽ ſubiecto. Dicas, ꝙ non inconuenit duo *Sol.* contraria eſſe in eodem ſubiecto, tñ non ſimul vtrumque in actu, ſed ſucceſſiue vnũ in actu, & reliquum in potentia abeunte vno, accedit reliquum, vt abeunte ſanitate à corpore, accedit ægritudo, & abeunte ægritudine, accedit ſanitas, vtrumq; tñ ſimul. i. in eodem tempore eſt impoſſibile, teſte Ar. c. de qualitate, & in c. de ſubſtantia. Sed dices contra, nã oculus eſt vnũ *Replica* ſubiectum, in quo ſimul in eodẽ tempore ſunt duo contraria actu, & vitis ſimiliter, nã in oculo adeſt nigredo, & albedo, quę actu ſunt in illo, & in viti adeſt ſiccitas, & viriditas actu, ergo falſa eſt ſolutio. Dicas, ꝙ duo cõtraria actu *Sol.* põt eſſe ſimul in eodem ſubiecto, tñ non in eadẽ particula ſubiecti, vt manifeſtè apparet in oculo, nam vbi eſt nigredo, ibidem non adeſt albedo,

Digitized by Google

albedo, & ſimiliter in viti vbi adeſt ſiccitas, non adeſt viriditas,& ſic ſequitur, ꝙ duo contraria ſunt ſimul in eodem ſubiecto,eodẽ tempore, tñ non in eadem particula ſubiecti. ſed

Replica Dices contra, nam aqua tepida ſimul in oĩbus ſuis partibus eſt calida, & frigida,& in colore medio, vt in pauonatio adſunt ſimul in eadẽ particula albedo, & nigredo,q̃ ſunt contraria.

Sol. Dicas verũ eſſe in eodem ſubiecto,eodem tempore ſimul eſſe duo contraria actu in eadẽ particula,tñ non in ſummo,ſed in eſſe remiſſo,refracto,& caſtigato, veluti eſt in aqua tepida, q̃ non eſt ſummè calida, neque ſummè frigida.

Dub. Amplius dubitabis, dictũ eſt,ꝙ ex nihilo nihil fit, contra, nã generatio 1.phy. per totũ fit ex materia prima,quo ſtante arguatur ſic, materia prima nõ eſt ens 12.met.11.ſed generatio fit ex materia prima, ergo generatio fit ex nõ ente,ſed non ens eſt nihil, ergo ex nihilo fit aliquid.

Solutio Dicas,ꝙ licet materia prima ſit non ens, tñ non eſt ſimpliciter non ens.i.nihil,ſed eſt nõ ens in actu, ſed eſt ens, & aliquid in potentia, vnde qñ dr̃,ꝙ generatio fit ex materia prima, & per conſequens fit ex nõ ente.Dicas,ꝙ fit ex nõ ente in actu,ſed fit ex ente in potẽtia, & ſic materia prima non eſt nihil ſimpliciter,ſed eſt aliquid in potentia, vnde generatio fit ex aliquo, non aũt ex nihilo, quæ materia prima nõ fit ex alia materia,qm̃ eſt ingenerabilis,& incorruptibilis 1.phy.82. Ar.circa hanc qõnem multa eſſent dicẽda,ſed qm̃ potius eſt negotiũ phiſicum,q̃ logicũ,ideo in illud tẽpus differat̃.

tex.31 *Diffiniunt autem eam,& hoc modo. Differentia, eſt quæ de pluribus, & differentibus ſpecie in eo, quod quale quid eſt prædicatur. Rationale enim, & mortale de homine prædicatum in eo, ꝙ quale quid eſt, homo dicitur: Sed non in eo,quòd quid eſt. quid eſt enim homo? nobis interrogatis,conueniens dicere animal.quale autem animal inquiſitis: quòd rationale,& mortale eſt conuenienter aſſignabimus. Rebus enim ex materia,& forma conſtantibus,vel ſecundum proportionem ad materiam, & formam, conſtitutionem habentibus, quemadmodum ſtatua ex materia quidẽ eſt ære: ex forma autem figura: Sic & homo communis, & ſpecialis ex materia quidem, proportionaliter conſiſtit ex genere: ex forma autem, differentia, totum autem hoc, animal rationale,mortale homo eſt, quemadmodum illic ſtatua.*

Cum aſſignauit primã differentię definitionẽ, ac dubium circa illam cõtingens ſoluit, nunc aſſignat aliã, & in ordine ſecundam drĩæ definitionem, quã oſtẽdit illa particula(et) poſita in frõte tex.qñ d. definiunt autem eam,& hoc modo. Diuiditur præſens tex.in quatuor partes,in prima affert ſecundã differentię definitionẽ:in 2.ibi(rationale.n.& mortale)dimiſſis cęteris in hac definitione particulis,vltimam illam.ſ.quõ differentia in eo, quod quale quid prædicatur, declarat primo exemplo in 3.ibi, (rebus)reddit rationẽ,& cauſam,quare genus prædicatur in quid,& differẽtia prędicatur in quale: in 4 ibi(quemadmodum ſtatua) exẽplo declarat in rebus artificialibus. quoad primũ d.Por. diffiniunt autem,ſumit ly,autem,ꝓ ſed, q.d.ſed antiqui nõ contenti prima differentiæ definitione,definiũt,ſeu deſcribũt eam,& hoc modo.ſ.alio & diuerſo modo,dicẽtes,differentia eſt quæ de pluribus, &,pro ideſt,nam ly,&, poteſt legi expoſitiue, differẽtibus ſpecie.i.de pluribus ſpeciebus prædicatur in eo ꝙ quale quid,vt rationale,quod eſt drĩa,prędicatur de homine,& de Angelis,qui ſpecie differunt: ſed nota,ꝙ oẽs iſtę particulæ poſitę in definitione differẽtiæ,ſunt poſitæ propter aliquem finem, nã ly,prædicatur, ponitur loco generis,intelligitur.n.illa.ſ.vox,dicẽdo,differentia eſt vox,q̃ prędicatur,per quod genus ipſa drĩa conuenit cum oĩbus prædicab. 2.ponitur de pluribus,ad drĩam indiuidui,ꝙ nõ prædicatur de pluribus, teſte Ar.in c.de ſub.& 1.periher.c.5.tertio ponitur illa particula de differentibus ſpecie,ad drĩam ſpeciei,q̃ prædicat̃ de pluribus differentibus numero,& ꝓprij, quod prædicat̃ de vna ſola ſpecie. 4.ponitur in eo, ꝙ quale quid, ad drĩam generis, quod prædicatur ſolũ in quid, & ad drĩam proprij & accidentis cõis,quę ſolũ in quale pñr:ſed nota,ꝙ prædicari in quale bifariã cõtingit eſſentialiter,& accidẽtaliter, drĩa prędicatur in quale eſſentialiter,ꝓprium, & accidens in quale accidẽtaliter, & ratio eſt, qm̃ drĩa eſt qualitas eſſentialis ſpeciei,conſtituit.n.ſpeciem,eſt formale principium ſpeciei, nam oĩs forma eſt qualitas, & quia duplex eſt forma.ſ.eſſentialis,& accidentalis, ita duplex eſt qualitas.ſ.eſſentialis,& accidẽtalis,drĩa nõ eſt forma, ſeu qualitas accidentalis,ſed eſſentialis,ideo in quale quid prædicatur. Amplius eſt ſciendum,ꝙ ſicut forma ſubſtantialis adueniens materię cõſtituit cõpoſitum reale extra animam,ita drĩa adueniens generi,conſtituit ſpeciem intẽtionaliter, aſſignat exemplũ Por. & d.rationale.n.& mortale, quæ ſunt drĩæ pñr de homine in eo,ꝙ quale quid,non in eo,quòd quid ſolum,nã ſi nos interrogabimus, quid eſt homo?conueniens eſt dicere,animal,ad interrogationem.n de ſpecie, debemus reſpondere ꝑ genus,vt quid eſt albedo? eſt color. quid eſt triangulus? eſt figura. quid eſt demonſtratio? eſt ſyllogiſmus 1.poſt.8. Sed ſi interrogaberis ſi homo eſt animal,quale animal eſt? cõuenienter reſpõdebis per drĩam,dicens,eſt rationale mortale. Vnde habes, ꝙ ad interrogationem factã per quid de ſpecie, reſpondet̃ per genus, dico de ſpecie, qm̃ ad interrogationem factã per quid de indiuiduo, non reſpondet̃ per genus,ſed per ſpeciem, vt quid eſt Ferdinandus? dicas eſt hõ,ſed ſi dices eſt animal,bene dices ſi

Digitized by Google

tamen conuenientior eſt reſpõſio per ſpeciẽ,q̃ per genus,qm̃ ſpecies immediate p̄dicat̄ de indiuiduo, genus verò p̄dicat̄ de indiuiduo mediate.i.mediãte ſpecie, vt Frãciſcus eſt homo, homo eſt animal, ergo Franciſcus eſt animal, ly animal,quod eſt genus prædicat̄ de Franciſco,mediãte homine,qui eſt ſpecies habẽs etiã ꝙ ad interrogationẽ factam per quale, reſpondetur per differentiã: ſed ne decipiaris candide lector ſcias,ꝙ p̄dicari in quale (vt dictũ)eſt triplex, aliud ſubſtantiale,ꝙ dicit̄ quale quid: Alio modo dicit̄ quale propriè eſſentiale: Alio modo dr̄ quale accidentale communiter,qñ dr̄ia prędicat̄ in quale,prædicat̄ in quale quid .i.ſubſtãtiale,accidẽs proprium in quale propriè.i.eſſentiale, accidens commune in quale, v.g.qualis quid eſt homo?eſt rationalis.qualis eſt homo? eſt riſibilis,ſi vis reſpondere per accidens proprium; vel eſt ſedens,ſi vis reſpõdere per accidens cõe,& hoc eſt illud,quod aſſerit Boet. qñ d. tres ſunt] interrogationes , ad quas genus, ſpecies,differẽtia,proprium,atq; accidens reſpõdetur. hæ autem ſunt, quid ſit, quale ſit,quõ ſe habet; nam ſi quis interroget, quid eſt Socrates? reſpõderi per genus,ac ſpeciem poterit conuenienter, vt animal,aut homo,ſi quis quõ ſe habeat ſortes interroget?iure accidens reſpondetur.i.aut ſedet,aut legit, ſi quis verò qualis ſit Socrates interroget;aut differentia;aut propriũ; aut accidens reſpondetur.i.rationalis,vel riſibilis,vel caluus,deinde aſſignat cauſam,rationẽ Por.quare differentia prędicatur in quale,verũ pro intelligentia eſt Notandũ,ꝙ omnes res conſtãt ex materia, & forma,vel conſtant ex aliquo ad ſimilitudinem materiæ,& formæ, illa.n.quæ conſtant ex materia,& forma omnia ſunt corpora,ſine qua materia,quæ ſuſcipit formã omnino,nihil fieri poteſt.v.g. ſi nõ eſſent lapides,qui ſuſcipiũt formam domus,nunq̃ fieri poſſet domus,ſimiliter ſi non eſſet pannus,qui ſuſcipit formã veſtis, nunq̃ eſſet veſtis,vnde apud Philoſophos, ſine materia nihil fit,oportet ergo in omnibus quæ fiunt, vt ſemper præſupponatur materia , quæ materia vt materia eſt, nõ eſt corpus, ſed tunc dr̄ corpus,qñ in ipſa ſuperuenerit figura, & ſic ex ipſa materia,& figura, ſeu forma,quæ venit in materia conſtituitur corpus,dico cõpoſitum. v.g. ſtatua Cęſaris fit ex ære, vel argento, vel auro, tanq̃ ex materia , & ex figura tanq̃ ex forma,cum.n.figura.i.forma introducitur in ære, vt in materia ſtatim facta eſt ſtatua, & eſt perfecta, ſicut.n.eſt in ſtatua.ſ.ꝙ æs eſt materia, forma verò eſt qualitas ſeu figura,ex quibus fit ſtatua,ſic etiam in ſpecie,quæ eſt homo, requiritur genus, quod eſt animal , quod genus eſt loco materiæ,& proportionabiliter dicitur materia,cui generi,tanq̃ materię,ſuperueniens rationale,quod eſt qualitas, & forma,facit animal rationale.i.ſpeciẽ,ergo materia ſpeciei eſt genus,forma verò eſt differentia; ergo id, quod in ſtatua eſt æs, in ſpecie eſt genus,ſed(vt dictum)in ſtatua æs eſt materia,ſic genus in ſpecie erit materia,& quod in ſtatua eſt figura,id in ſpecie eſt differentia,ergo ſi materia ſpeciei eſt genus,forma autẽ differentia,ſed omnis forma eſt qualitas,iure ergo omnis differentia qualitas appellatur,quæ cũ ita ſint,meritò in eo,quod quale ſit interrogantibus reſpondetur,ſicut.n.figura figurat,& qualificat ipſum æs, ſic dr̄ia qualificat ſpeciẽ, vnde orit̄ ratio talis, omne id,quod qualificat prædicatur in quale, ſed oĩs forma qualificat, ergo omnis forma prędicatur in quale, tũc ſic, oĩs forma prędicat̄ in quale, omnis dr̄ia ſpecifica eſt forma, ergo omnis differẽtia ſpecifica prędicat̄ in quale:cõcludit ergo Porph.dicens, totum autem hoc animal rationale, mortale , homo eſt, quemadmodũ illic ſtatua. q.d. ſicut enim ſtatua cõſtat ex ære vt materia, & figura veluti forma,ſic homo cõſtat ex genere.i.animali vt materia, & ex rõnalitate vt ex forma.

Dub. Sed Dubitabis, nam d.Ar.6.top.loco 16.& in loco 7. conſtructiuo definitionis , ꝙ genus, & differentię p̄dr̄ in quid,ergo dr̄ia non prędicatur in quale.

Solutio Dicas,ꝙ Ar.ibi loquitur de differentijs genericis,veluti ſunt animatũ,& ſenſitiuum,non aũt de differentijs ſpecificis,vt rationalitas,veluti hic loquit̄ Por.

Dub. Iterũ Dubitabis dicens,ꝙ genus nõ eſt materia,contra Por. &,p̄batur ſic 7.met.23.34.43.45.materia non prędicat̄,ſed genus prędicat̄ 1.top.c.,p̄prio,& Por.in hoc libello, ergo genus nõ eſt materia.

Sol. Dicas , ꝙ genus non eſt materia, ſed differt à materia , qm̃ genus non d. puram potentiam , ſicut materia prima, & hoc differt à materia , nec d.vltimum actum,non contrahibilem,per alium actũ quidditatiuum,ſicut dicit differentia ſpecifica, ſed d.quandam formam generalem,quę mediat inter puram potentiã,& actũ cõpletum, qualis eſt vltima differẽtia, & ideo genus poteſt prædicari,non autẽ materia,qm̃ prædicamẽtum,vt cõis Logicorum ſchola habet modum formæ,& qm̃ genus d.aliquam formam,non aũt materia inde eſt, ꝙ genus prædicamentum eſſe poteſt,materia verò non,tñ licet genus non ſit vera materia, tñ, vt bene ait Porph.eſt ,p̄portionale materiæ , nam ſicut ex materia , & forma fit vnum cõpoſitum per ſe , ſic ex genere,& differentia fit p̄ ſe vna ſpecies, & quia ſicut materia in phiſica compoſitione contrahitur,qualificatur,& perficitur per formam , & ſubſternitur formæ tanq̃ ſubiectum , ſic genus perficitur,contrahitur, & actuat̄ per differentias, & ſubſternitur eis, ſicut perfectibile ad perficiens, & ſicut ſubiectũ ad formam fuit, ꝙ modus prædicãdi generis fuit in quid, & modus prædicandi dr̄iæ fuit in quale,qm̃ genus prædicatur per modum per ſe ſtantis,dr̄ia autem per modum informantis,& alteri adiacentis ,

Digitized by Google

centis,& per modum qualificãtis prædicatur, & ideo genus in quid, & differẽtia prædicatur in quale:ex quibus omnibus colligas genus nõ eſſe materiã,vt bene Alex.in naturalibus quæſtionibus lib.2.c.vltimo,& Au.1.met.17.quoniam genus prædicatur de pluribus ſpeciebus, & de indiuiduis; materia verò nõ prædicatur, vt ibidem ait Au. & 1.poſt.148.7.phy.15.ſed ſi prædicat non niſi ſecundum denominationem: v.g.valet dicere,ſphæra eſt corporea,nõ autẽ ſphæra eſt corpus;annulus eſt aureus,nõ autem annulus eſt aurum. Sed ingenioſus Dubitat contra definitionem differentiæ,dicens, omnis vera definitio debet cõpetere definito, & omnibus ſub illo definito contentis,ſed hæc definitio non cõpetit omni dĩæ, ergo peſſima definitio,nam ſunt quædam dĩæ,quæ nõ prædicantur de pluribus ſpecie differentibus, veluti ſunt differẽtiæ vltimæ, & ſpecificæ, veluti grauitas de ſola terra, & leuitas de ſolo igne. Soluit Boet. in antepraedicamentis c. 4. & d. ſed pro intelligentia eſt notandũ,ꝙ definitiones, & demonſtrationes ſunt eorũ,quæ ſemper ſunt,vel eorũ, quæ ſunt vt plurimũ 1.poſt.65. 6.met.6.& 1.poſt.181.quo ſtãte d.Boet.ꝙ differentiæ ſunt duobus modis, quædã ſunt, quæ prædicant̃ de pluribus ſpeciebus,& hæ ſunt vt plurimũ,& in maiori parte,quædam verò ſunt quæ prædicant̃ de vna ſola ſpecie, vt grauitas de ſola terra,& leuitas de ſolo igne, & hæ ſunt raro,& in minori parte,tunc d.ꝙ hic definitur illa dĩa, quæ eſt vt plurimũ,& in maiori parte,quæ prædicat̃ de pluribus,non illa quæ prædicatur de vna ſola ſpecie,per quę vr̃ innuere, ꝙ hic diffiniatur illa dĩa,quæ eſt generica cõmunis de pluribus ſpeciebus prædicabilis, nõ dĩa vltima, & ſpecifica, quam expoſitionem nonnulli ſequunt̃,inter alios Bernardinus Thomitanus in ſuis cõtradictionibus ſuper 1.poſt. contrad.40 in fol. fretus tamẽ Ar.auctoritate 1.top.c.2.vbi aſſerit,etenim dĩa cum ſit generalis,cum genere ordinanda eſt,nam ſicut genus prædicatur de pluribus ſpeciebus,ſic differentia prædicatur de pluribus ſpeciebus, quæ dĩa generica eſt nobis nota,immo notior,quã vltima,& ſpecifica, & eſt magis in vſu, & ideo d.iſte vir,ꝙ Por.definiuit differentiã genericã, & nõ vltimam,& ſpecificã, licet hæc expoſitio ſit grauiſſimorũ virorum, habita tñ eorum licentia, vt non contradicam, ſed vt intellectus exerceatur,cõtra ipſam arguatur ſic, illa dĩa hic definitur,quam ſupra generis diuiſiuam,& ſpeciei cõſtitutiuam appellauit, ſed talis dĩa ab eodem Por. ſpecifica dicitur, ergo hic non generica,ſed vltima,& ſpecifica deſcribit̃ dĩa. Amplius illa dĩa hic definitur,quę prędicatur in quale quid, ſed dĩa generica non prædicat̃ in quale quid, ſed ſolũ in quid,teſte Ar.6.top. loco 16.& in loco 7. conſtructiuo definitionis, vbi aſſerit, ꝙ genus,& dĩæ prædicant̃ in quid,

Dubit. *Sol.* *Cõfut.* *Prima ratio cõtra Boe. & Thomitanis* *Secũda ratio.*

ergo hic nõ definitur differentia generica, ſed ſpecifica. Amplius & demõſtratiue adeſt ſentẽtia Por.clariſſima in fine huius c.vbi inquit, Exactius autẽ pertractantes ea, quæ ad dĩam pertinent,dñt non quodlibet diuidentium, ea quæ ſub eodẽ genere ſunt eſſe dĩam.ſed quod ad eſſe cõducit, & quod quid erat eſſe,& quod rei pars eſt,per quę verba adeò clariſſime oſtẽdit in hoc tex.eſſe definitã differentiam ſpecificam,& non genericam, quod qui contrarium aſſerit, ſummopere aberrare videt̃, ex quibus ſanè verbis erigatur hęc demonſtratiua ratio, ſicut ſe habet genus ad ſpeciẽ,ſic ſe habet dĩa generis, ſed genus non cõducit ad eſſe, nõ dat eſſe ſpeciei,ergo dĩa generis neque dabit eſſe ſpeciei, modo illa differẽtia hic definitur,quæ ad eſſe cõducit,& dat eſſe ſpeciei,ſed differentia ſpecifica, quæ eſt forma, ꝙ forma 2.de anima 2.eſt actus.ipſa ſola actuat ſpeciẽ,ergo differentia ſpecifica hic definitur,non autẽ generica,& communis. Amplius,& demonſtratiue volens Por. dare exemplũ de differentia, quæ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, accipit rationale,& irrationale, quæ non ſunt dĩæ genericæ (vt ipſemet paulo ſupra dixit) ſed ſunt cõſtitutiuæ, & ſpeciei cõpletiuæ,ergo non definitur differẽtia generica,ſed ſpecifica. iſtæ ergo ſunt rationes,quæ vidẽtur quodammodo deſtruere dicta illorum virorum,verum quia impoſſibile eſt famoſum eſſe omnino falſum,teſte Au.3.de anima.5.& in lib.de ſomno, & vigilia c. 2. eſt enim omniũ ferè expoſitorũ cõmunis conſenſus hic loqui Por.de differẽtia generica,qui cõis hominum conſenſus eſt naturæ vox (vt inquit Cicero) tñ ſi me mea non fallit ſentẽtia, hoc defendi vix poteſt,vt patet per ſupradictas rationes. Aliqui tñ eas auſugere volentes dñt,ꝙ Por.loquitur de differentia ſpecifica ſpecificãte ſpeciem ſubalternam, non autẽ de dĩa ſpecificante ſpeciem ſpecialiſſimam, hæc quidem expoſitio nihil differt à prima, & non euacuat rationes factas in contrarium,nam vellem ſcire ab iſtis nonne idem eſt genus,quod ſpecies ſubalterna? ergo ſi hic loquitur de differentia ſpecifica ſpecificante ſpeciem ſubalternã, loquitur ẽt de differentia generica,quia idem eſt,vt ait Porph.c.de ſpecie, genus, & ſpecies ſubalterna, vt animal. Alij dñt, ꝙ ſicut duplex eſt ſpecies.ſ.ſpecialiſſima, & ſubalterna, aliqua definitio competit ſpeciei ſpecialiſſimæ,quę non cõpetit ſubalternæ,ſicut eſt illa definitio.ſ.quę de pluribus differẽtibus numero ſolũ prædicatur, ita duplex eſt differentia.ſ.differentia vltima,& differentia intermedia. & ſic aliqua definitio cõpetit differentiæ intermediæ, quæ non cõpetit dĩæ vltimæ, & è contra, tunc dñt, ꝙ iſta definitio non cõpetit differẽtiæ vltimæ,ſed intermedię. Hæc expoſitio eadem eſt cũ prima, differt tñ verbis ab illa,valeat ergo cũ illa.Alij aſſerunt, quòd

Tertia ratio. *Quarta ratio.* *Sol.aliquorũ.* *Cõfut.* *Aliorũ expõ.* *Cõfut.*

Digitized by Google

Aliorū expō. quòd differentia eſt duplex, quædā quæ dr̄ verè differentia, altera quæ non vera differentia appellatur: Differētia non vera eſt, cui duæ requiruntur conditiones, prima eſt, ꝙ genus diuidat: ſecunda eſt, ꝙ aliquod ſub genere cōſtituat, quo ſtante, dn̄t iſti, quòd differentia vltima, quæ cū ſpecie eſt conuertibilis, non eſt verè differentia, licet habeat tria in ſe. ſ. diuidit genus, & ſpeciem conſtituit, & vnicam, indiuidualemq; naturam determinat, hæc definitio aſſignata à Porph. de differentia, nō competit differentiæ vltimæ, quæ non dr̄ vera differentia, ſed competit differentiæ vere. i. quæ nō eſt vltima differentia. Hæc expoſitio vr̄ eſſe contra Por. ſicut de facto eſt, & cōtra Ar. ideo relinquatur tanq̄ falſa. Alij dn̄t, ꝙ hæc definitio competit differentiæ formaliter, & abſolute. ſ. differentiæ, inquantū differētia eſt, & cum dr̄ prædicatur de pluribus differētibus ſpecie, intelligitur negatiue, ad hunc ſenſum, ꝙ drīę inquantum differentia eſt, non repugnat prædicari de pluribus differētibus ſpecie, & ſic iſta definitio non cōpetit differentiæ vltimæ, qm̄ vltima differentia non eſt abſolutè differētia, ſed bene hoc eſſet verum dicere ſic differentia vltima, inquātum drīa eſt prædicabilis de pluribus differentibus ſpecie, ſed nō quatenus differētia vltima eſt. Hæc expoſitio vr̄ quodammodo ſubtilis, ideo non intendo ipſam confutare. Alij dicunt, ꝙ ſicut aliqua ſpecies actu prædicatur de vno indiuiduo tm̄, vt Sol, & aliqua de pluribus indiuiduis prædicatur, vt homo, quælibet tn̄ eſt prædicabilis de pluribus differētibus numero, inquantum eſt apta nata de pluribus indiuiduis ꝓdicari, ita aliqua differentia prædicaẗ actu de vnica ſpecie, aliqua autē actu prædicatur de pluribus, tn̄ quælibet drīa eſt prædicabilis de pluribus differētibus ſpecie, inquantum ipſa eſt apta nata prædicari de pluribus ſpeciebus, ſicut. n. ly, prædicatur, in definitione ſpeciei dicit aptitudinem, & nō actū, ita in definitione drīæ. Hæc expoſitio nō laudatur, nec reicitur à nobis. Alij dn̄t, ꝙ Por. hic nō definiuit vltimam drīam, quæ conuertitur cum ſpecie ſpecialiſſima, & ratio eſt, qm̄ loquitur ad mētem Platonis, qui ponebat rationale eſſe genus ad Angelos, & ad hominē, vt ait Au. in paraphraſi cap. de ſpecie, nullam noīatam inueniebat differentiam vltimā, quæ ſolum de differentibus numero prædicaretur, ſolā ergo illam definitionem aſſignauit, quæ differētijs non vltimis conuenit, at Peripatetici, qui rationale hominis, ſolum drīam eſſe volunt, eā vltimā dicerent, ac de vna ſola ſpecie prædicabilem, vel de pluribus numero differentibus. Hæc expoſitio non diſplicet. Alij dicūt, & ſatis quidem ingenioſè, ꝙ qn̄ hic definitur differētia, non eſt generica, ſed ſpecifica: & primo eſt notandum, quòd indiuidua vnius ſpeciei differunt ſpecie ab indiuiduis alterius ſpeciei, v. g. callias, ſortes, ſunt indiuidua, quæ ſpecie differūt à brunello, qui eſt indiuiduum ſpeciei aſininæ, quo ſtante, qn̄ d. Por. ꝙ differentia prædicaẗ de pluribus differentibus ſpecie, intelligitur ſic. ſ. differentia ſpecifica vltima, prædicatur de pluribus indiuiduis, ſpecie differentibus ab alijs indiuiduis alterius ſpeciei, v. g. rationale, quod eſt vltima drīa hominis, prædicaẗ de indiuiduis. i. de calia, & ſorte, qui ſpecie differunt ab indiuiduis cōtentis ſub alia ſpecie. i. à brunello, & fauello, quæ ſunt indiuidua contenta ſub ſpecie aſinina, pulcra quidem, & notatu digna expoſitio, quæ nobis admodum placet. Nos autē diceremus, alias tn̄ expoſitiones non omittētes, ꝙ ſi Por. loquiẗ ad mētem Platonis, qui volebat ipſum rationale eſſe cōe ad hominem, & Angelos, & eſſe eorū genus, dicimus, & conuenimus cū oībus. ſ. hic non loqui de differentia vltima, ſed de drīa generica, quod poteſt eſſe per illud verbum, qn̄ d. diffiniunt autem eam, & hoc modo. Sed altius perſcrutantes, & ab omnibus alijs differētes, ſi nobis cor noſtrum eſt aliter dicimus, ſumentes tn̄ ab eodem Por. in fine huius cap. quando d. (Exactius autē) ex quibus verbis clariſſimè ſumi poteſt hic non definiri differentiā genericam, ſed ſpecificam: & quod ſit verum, nota, cùm. n. antiqui de differētia quatuor aſſignauerunt definitiones, & verè ſecum cōſiderantes, nullā ipſarum eſſe ſufficientem, ſed melius naturā drīæ ſpeculantes, dixerunt ſic, Exactius autem, & intimius, verius pertractantes ea quæ ad drīam pertinent, dicunt illā eſſe drīam, quæ ad eſſe conducit. i. quæ dat eſſe, quia differentia rei eſt forma, quæ forma dat eſſe, 2. poſt. 48. 8. met. 12. ſm̄ quam differentiā, ſeu formam dr̄ hoc aliquid, 2. de anima 2. & 25. & quod quid erat eſſe, quæ drīa, ſeu forma eſt quod quid. i. eſt ſubſtātia, eſt pfectio, eſt actus, eſt pars rei. i. cōpoſitæ vera pars ſubſtantialis, quæ drīa hn̄s omnes iſtas conditiones, eſt ne generica? hoc non niſi imperitus aſſereret, ſed eſt drīa ſpecifica vltima ſubſtantialis, faciens aliud per ſe nō recipiens magis, & minus: quā expoſitionē confirmat iudex Por. in fine huius cap. qn̄ d. Erunt ergo ſpecificæ drīæ, quæcunq; alteram faciunt ſpeciem, & quæcunq; in eo, ꝙ quid erat eſſe accipiuntur, ex quibus finaliter decretamus in hoc tex. datam de differentia definitionem eſſe inſufficiētem, & ſi ſufficiens aliquo modo dr̄, non niſi ipſam exponēdo illis duobus modis ſupradictis. ſi quis tn̄ erit, cui hæc noſtra non ſatisfaceret expoſitio, ſumat, & ſuum ſit illam acceptare inter tot, & tantas illuſtrium virorū expoſitiones, quæ magis ſuū videtur quieſcere intellectum. Sed dices, ſi definitur differentia vltima, & ſpecifica, qūo erit vniuerſale, & prædicabile, cum vniuerſale ſit illud, quod de pluribus prædicatur. i. de par. an. c. 1. & 1. periher. c. 5. differētia verò vltima *Dub.*

de

Sol. de vna tm̃ ſpecie prædicatur. Dicas, ꝙ eſt vniuerſalis, qm̃ prædicatur de ſubiecto vniuerſali, quod eſt ſpecies, & prædicatur etiã de pluribus, tñ non de pluribus ſpeciebus, ſed de pluribus indiuiduis cõtentis ſub illa ſpecie, vnde dicas, ꝙ differentia ſpecifica eſt cõis, & eſt ꝓpria, eſt.n.cõis in indiuiduis, eſt propria ſpeciei.

Dub. Sed iterum dices, ſi differentia, & accidens ꝓprium, & accidens cõe prædicantur in quale, qñ aliquis interrogabit indiſtinctè dicẽs, qualis eſt homo? quo reſpondetur, an per differentiam ſpecificam, dicendo, eſt rationalis, an per accidens proprium, dicens, eſt riſibilis, an per accidens cõe, dicens eſt albus; Pro. Sol. notã, ꝙ regula eſt Ar.7.met.3. qñ aliquod nomen ſimpliciter profertur, ſemper pro pręſtantiori intelligi debet, & qm̃ ly, quale, prędicat̃ de dr̃ia, de proprio, & de accidẽte communi; cum dr̃ia ſit pręſtantior his, qm̃ eſt ſubſtantia 7.met.43. ideo prius ſignificat dr̃iam, deinde accidens proprium, vltimo accidens cõe: Vnde cum aliquis indiſtinctè interrogat, qualis eſt homo? ſtatim hac regula peritus reſpondebit per id, quod eſt dignius, dicens, eſt rationalis, deinde eſt riſibilis, vltimo eſt grãmaticus, vel iuſtus, vel prudens.

Dub. Amplius Dubitatur, ſi dr̃ia prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, tunc rationale prædicaret̃ de homine, aſino, boue, & equo, qui differũt ſpecie, & irrationale prædicatur de leone, & homine, & per cõſequens aſinus eſſet rationalis, & hõ eſſet irrationalis.

Sol. Dicas, ꝙ Platonici, qñ dicunt, ꝙ rationale eſt genus ad plures ſpecies, non intelligũt per plures ſpecies, has inferiores, ſed vna tm̃.i.hominem, & Angelos, qui differunt ſpecie, & ſic rationale nõ prædicat̃ de ſupradictis ſpeciebus, ſed de homine, & Angelis, ſpecie differentibus.

Tex. 36 *Deſcribunt autem & hoc modo. Differentia eſt, quod aptum natum eſt diuidere ea quæ ſub eodem genere ſunt. Rationale enim, & irrationale; hominem, & equum, quæ ſub eodem genere ſunt, (quod eſt animal) diuidunt.*

Cùm primam, & ſecundam dr̃iæ definitiones, ſeu deſcriptiones aſſignauit: nunc tertiam affert: diuiditur iſte tex. in duas partes, in prima aſſignat tertiã dr̃iæ deſcriptionem, in ſecunda ibi (rationale) exemplo manifeſtat datam de dr̃ia deſcriptionem. Quantũ ad primum, antiqui deſcribũt, & hoc modo.i.alio & tertio modo dr̃iam, hinc nota, ꝙ quando dixit in tex. ſuperiori (definiũt) debes exponere.i.deſcribũt, veluti ſe declarat in hoc tex. dicunt ergo Antiqui, ꝙ differẽtia eſt, adde tu, eſt quoddam prædicabile, ꝙ eſt aptum natum diuidere.i.ſeparare, ea.i.eas ſpecies, quæ ſunt.i.exiſtunt ſub eodem genere, deinde dat exemplum, & dicit, rationale.n.quod eſt dr̃ia, & irrationale diuidunt.i.diſtinguunt, atq; ſeparant, & faciũt differre hominẽ, & equũ.i.rationale facit differre hominẽ ab equo, & irrationale facit differre equum ab homine, qm̃ homo eſt rationalis, equus verò eſt irrationalis, quę ſub eodem genere, dixit, quæ.i.ſpecies.ſ.humana, & equina ſunt.i.continent ſub eodẽ genere, quod genus cõtinens iſtas ſpecies, hominẽ nempe, & equũ animal eſt, & appellatur, dixit animal, oſtendens, ꝙ genus aliarũ ſpecierum, vt albedinis, nigredinis, & rubedinis nõ eſt animal, ſed color, & genus trianguli, circuli, & quadranguli non eſt animal, ſed figura ex quibus ſequitur, ꝙ homo, & equus, qui continentur ſub eodem genere, non differũt genere, ſed conueniunt in genere, homo enim eſt animal, & equus eſt animal, ſed differunt per dr̃iam ſpecificam: Vnde oritur talis ratio: Illa quę ſecundũ genus nullo modo diſcrepant, ea differentijs diſtribuũtur, ſed homo, & equus nullo modo diſcrepant genere, ergo homo, & equus differentijs.ſ.rationalitate, & irrationalitate, diſtribuunt: & nota ꝙ bene dixit, ꝙ dr̃ia eſt apta nata diuidere ea, quæ ſunt ſub eodem genere; qm̃ non diuidit ea quæ ſunt ſub eadem ſpecie, vt ſunt ſingularia, qm̃ ſingularia, quæ ſunt ſub eadem ſpecie, vt callias, & ſortes non differunt per dr̃iam, ſed conueniunt in illa: oĩa.n. indiuidua contenta ſub homine cõueniunt in rationalitate, & humanitate, iuxta dictũ Por. in c. de ſpecie, participatione ſpeciei, plures homines ſunt vnus homo:

Dub. ſed Dices, id quod diuidit̃ per dr̃iam nõ eſt ſpecies, ſed genus, teſte Por. c. de ſpecie, ſed ſpecies non eſt genus, vt ibidẽ patet, ergo dr̃ia non diuidit ſpeciem, non ergo debebat dicere in tex. dr̃ia eſt apta nata diuidere ea, quæ ſunt ſub eodẽ genere.

Solut. Dicas, ꝙ per ly, diuidere, intelligitur facere differre, hoc eſt dr̃ia eſt apta nata diuidere.i.facere differre ea, quæ ſub eodẽ genere ſunt.

Dub. Amplius Dices, hanc definitionem non eſſe optimè traditam, qm̃ tunc eſt vera definitio, qñ non competit alteri à definito, ſed hæc cõpetit accidenti proprio, quod nõ eſt differẽtia, ergo mala definitio, accidens enim proprium facit differre hominem ab equo, vt homo eſt riſibilis, equus verò non.

Solut. Dicas, quòd ſi homo differt ab equo per riſibilitatem, non differt ſubſtãtialiter, ſicut differt per rationabilitatẽ, & ſpecifice, ſed differt accidentaliter.

Tex. 37 *Aſſignant autem & hoc modo. Differentia eſt, qua differunt à ſe ſingula, namq; homo, & equus, ſecundum genus non differunt: ſumus enim animalia nos, & equi, ſed additum rationale disiunxit nos ab illis, & rationales ſumus & nos, & Dij, ſed mortale appoſitum, diuiſit nos ab illis.*

Cum de differentia tertiam aſſignaſſet definitionẽ, nunc tradit eiuſdem differentiæ quartã deſcriptionem: & qm̃ iſte tex. eſt facilis, nõ indigeret quidẽ expoſitione, nos tñ ab inſtituto

non

non diſcedentes, diuidimus ipſum in tres partes, in prima exprimit quartã dr̃iæ definitionem, in 2. ibi (namq; homo, & equus) ponit cõuenientiam inter hominem, & equum, in 3. ibi (ſed additum) exẽplo, more ſuo, declarat qũo per dr̃iam homo differt à brutis, & homines differunt à Dijs. Quantũ ad primum, antiqui Philoſophi aſſignant, & hoc modo. i. deſcribũt dr̃iam alio, & quarto modo, dicentes, ꝙ dr̃ia eſt illa, qua differunt à ſe ſingula. i. per quã ſingulę, & oẽs ſpecies inter ſe differũt, deinde ponit conuenientiã, dicens, quòd homo, & equus ſm̃ genus non differunt, aſſignat cauſam Por. & dicit, qm̃ nos homines ſumus animalia, & equi ſunt animalia. Vnde nos homines conuenimus cũ equis in animalitate. i. in natura generica, & nõ ſolum cum equis, ſed cũ formica, & alijs ſpeciebus omnibus contentis ſub vno genere, ſed differimus ab illis per dr̃iam. i. per rationalitatẽ, nam additũ rationale, quod eſt dr̃ia cum illo genere. ſ. cum animali, per quod cõuenimus cum illis, ſtatim nos homines per illam dr̃iam. ſ. per rationẽ differimus ab equis, à boue, formica, & ab alijs oĩbus, quæ rationalia non ſunt, immò nos homines conuenimus cum Dijs. i. cũ Angelis, ſumus. n. nos, & Dij. i. Angeli rationales. ſm̃ ponentes aſtra eſſe animata, & ea eſſe Deos, tñ addita mortalitate, q̃ eſt dr̃ia, cũ illa rationalitate ſtatim facit differre nos homines ab Angelis, ſic dicendo, homo eſt rationalis, Angelus eſt rõnalis, in hoc conuenit homo cum Angelo, ſed qm̃ homo eſt rationalis mortalis; Angelus aũt eſt rationalis immortalis, & ſic penes mortalitatẽ, & immortalitatẽ homo differt ab Angelo; hinc habeas quanta ſit potentia, & vis ipſius dr̃iæ, diuidere, & ſeparare ea quæ ſunt eadẽ. homo. n. idem eſt cum equo, & cum Angelis, tñ accedẽte rationalitate, homo diſtinguitur ab equo, & adueniente mortalitate, hõ differt ab Angelis. Ex quibus nota, quòd homo, aſinus, equus, & formica ſunt idem, & cõueniunt, tñ ſunt idem non numero, non ſpecie, non ratione, & definitione; ſed ſunt idem genere, & ſi ſunt idem in ſpecie, non ſunt idẽ in ſpecie ſpecialiſſima, ſed ſunt idem in ſpecie ſubalterna, quod idem eſt dicere, quod genere. *Dub.* Sed Dices, quare Por. non dixit, differentia eſt illa, qua ſingula à ſe ſunt diuerſa, ſicut dixit, qua ſingula à ſe differunt?

Sol. Sol. quod aliud eſt differre, vel eſſe differens, aliud verò eſt eſſe diuerſum, nam illa dñr eſſe diuerſa, quæ nullo modo conueniunt, & talia ſunt illa, quæ ſunt diuerſorũ prędicamentorũ, & generũ: illa verò dñr differre, quæ in aliquo conueniunt, & talia ſunt, quæ ſub eodẽ genere collocãtur, veluti ſpecies, quę ſub animali genere ſunt, homo, equus, bos, leo, & aſinus, oẽs. n. hę ſpecies in aliquo conueniunt. ſ. genere, & cum cõueniant in aliquo, & differant in alio. i. per dr̃iam, hęc dñr differre, & non eſſe diuerſa, hinc dixit Por. cum Antiquis, quòd differẽtia eſt illa, qua ſingula à ſe differunt, & non dixit, qua ſingula à ſe ſunt diuerſa. *Dub.* Sed Dices, ſi homo eſt animal, & equus eſt aĩal, non ergo erit dr̃ia inter hominem, & equũ, vnde fiat hæc ratio, homo eſt animal, aſinus eſt animal, ergo aſinus eſt homo. *Sol.* Dicas, ꝙ inter hominẽ, equũ; & aſinum non eſt dr̃ia generica, oẽs homines. n. cõueniunt in genere. i. animalitate, ſed differunt in dr̃ia ſpecifica, ſed reſpõdendo ad formã rationis, dicimus, quòd negatur modus argumentãdi; nam in ſecũda figura non fit ſyllogiſmus ex ambabus affirmatiuis, veluti eſt iſte ſyllogiſmus modò factus, niſi fuerint propoſitiones cõuertibiles, tunc valet argumentari in ſecũda figura ex ambabus affirmatiuis, aliter nõ valet, omnes. n. modi quatuor ſecũdæ figurę cõſtant ex vna affirmatiua, & reliqua negatiua, vt intuenti patet, aliter ſequeretur iſtum ſyllogiſmum eſſe verũ dicere, meretrix eſt mulier, tua mater eſt mulier, ergo tua mater eſt meretrix, quod eſt falſum, loquẽdo tñ de optima, & caſta matre. ſuo marito fideli. *Dub.* & ſi iterũ inſtabis, dicens, ſi homo, & aſinus ſunt idem in genere, ergo ſunt idem in ſpecie, qm̃ genus idẽ eſt, quod ſpecies, vt dicit Por. c. de ſpecie, iam *Solut.* diximus ſupra, quòd homo, & aſinus ſunt idem in genere, & ſpecie, tñ non ſunt idem in ſpecie ſpecialiſſima, ſed ſunt idem ſpecie ſubalterna; vnde valet conſequentia, quæcunq; ſunt idem genere, ſunt etiã idem ſpecie, loquendo tñ de ſpecie ſubalterna, non de ſpecie ſpecialiſſima. *Dub.* Sed Aliquis nouitius in Logica quęret, declara mihi, qũo homo, & aſinus conueniunt in genere, & differunt per differentiam. *Solut.* Nota pro intelligentia, multa. n. ſunt, quę conueniunt in materia, & differunt forma. v. g. ſella, ſcãnum, cathedra, & porta conueniunt in materia. i. in ligno, qm̃ omnia fiunt, & conſtant ex ligno, vti materia, differũt tñ in forma, alia. n. eſt forma ſellę, alia eſt forma ſcamni, & cathedrę, & quoniã, vt dictum eſt, genus ſe habet veluti materia, & dr̃ia veluti forma, ideo omnes ſpecies & homo, & aſinus cõueniunt in genere vt in materia, & differunt per dr̃iam. i. per rationalitatem vti per formam. *Replica* Sed Dices contra, nam id quod eſt forma, nequit eſſe materia, 2. phy. 70. quoniam actus, & potentia valde differunt, 2. phyſ. 12. & 1. de anima 6. ſed genus eſt forma 2. phyſ. 28. ergo genus non eſt materia, & per cõſequens homo, & aſinus non conueniunt in genere vti in materia. *Sol.* Dicas, ꝙ nulli dubium eſt, quòd genus eſt forma, & nõ eſt materia, tñ qñ dr̃, quòd genus eſt materia, intelligitur ꝓportionabiliter materia, non verè materia, vt ait Por. in hoc cap. genus namque eſt forma, & cum ſit forma, nõ eſt materia, & ſi dr̃ materia non niſi reſpectiuè, veluti formæ elementorũ, reſpectu formæ mixti dñr materia. Amplius *Dub.* Dubitaĩ circa hanc definitionem differentiæ, videtur

Digitized by Google

videtur.n.eſſe vitioſa, & non ſana, dixit.n.dr̃ia eſt qua differunt à ſe ſingula, quod idē eſt ac ſi dicet differentia eſt differētia,& vſus eſt nomine differentiæ in definitione eiuſdē differētię, vnde potius vr̃ petitio, q̃ definitio, qm̃ idem definiť per idem,eoq́; magis,qm̃ tunc aliquod ſcitur, quando per ſuã definitionem clareſcit, quæ definitio declarat illud,modo idem non poteſt declarare ſeipſum,ergo vaga, vitioſa,& non ſana videtur eſſe hæc differētiæ aſſignata ab Antiquis,& à Por.conceſſa definitio. Dicas

Sol. licet à Boet. hæc dub. inſoluta relinquatur, ꝙ hęc definitio non eſt vitioſa, vt ipſe credit,qm̃ datur per effectum,qui effectus non eſt idem cum eo cuius eſt effectus,licet ab illo producatur, quando.n.dr̃,differentia eſt illa,qua differunt à ſe ſingula , intelligitur ſic.i.differentia eſt illa, qua differunt à ſe ſingula .i. quæ facit hunc effectum .ſ. quæ ſunt vnita vnitate generica,illa diuidit,ſeparat,& facit differre, vnde producit diuiſionem, diſtinctionē , ſeparationem ſpecierum,quæ omnia ſunt effectus differentiales,à differentia producti, & ſic hæc definitio cum ſit aſſignata per effectus,& ſi in optimo definitionis genere non numerari poſſit, tamen in genere ſuo definitio , ſeu deſcriptio appellatur.

Dub. Amplius hæc definitio non vr̃ optima,qm̃ competit alteri à definito,competit.n. accidenti proprio, & cõmuni,quod non eſt differentia,teſte Por.in vltimo huius;nam ſi dr̃ia eſt illa , qua differunt à ſe ſingula, per riſibile, quod eſt accidens proprium , differt homo ab equo,& per ſedere,quod eſt accidens cõmune, differt homo ab equo;ergo tàm accidens proprium, q̃ commune erit dr̃ia.

Sol. Dicas , ꝙ mens ſua eſt loqui de dr̃ia ſpecifica,& differre ſubſtãtialiter:vnde dicas,ꝙ qñ dicitur,ꝙ differentia eſt illa qua differunt à ſe ſingula,adde ſubſtantialiter , veluti homo differt ab equo rationalis qualitate,tanq̃ ſpecifica,& ſubſtãtiali dr̃ia, modò & ſi homo ab equo per riſibile,& per ſedere differat,tñ differt per hæc ab illo accidentaliter : & ſic dubitatio Boet. nulla eſt, contra hanc de differentia aſſignatam definitionem.

Dub. Amplius dices,ſi differentia eſt illa,qua differunt à ſe ſingula,quæro quando ſunt duę differentiæ,quæ non ſunt eædem, quæ erit differentia per quã differunt?

Sol. Dicas,ꝙ differentię non ſunt differentes ad inuicem , ſed ſunt diuerſæ.

Alia ſol. Vel Dicas, ꝙ differētiæ ſicut omnia ſimplicia non differunt per aliam dr̃iam,ſed differunt ſe

Alia ſol. ipſis. Vel Dicas, ꝙ differentiæ differunt inter

Dub. ſe,non vt quod, ſed vt quo. Amplius Dubitať, an rationalitas ſit vltima hominis differētia?

Solut. Dicerem,& reſolutè, ꝙ in his inferioribus facta comparatione,ipſa rationalitas eſt vltima dr̃ia,& per quam ſpecificè,ſubſtantialiter,formaliter,& quidditatiuè homo differt à qualibet alia ſpecie ſub animali , tanq̃ ſub genere contenta. Vnde in definitione hominis non eſt addenda mortalitas,qm̃ per mortalitatem potius cum alijs ſpeciebus homo conuenit,q̃ differat, quod non eſt munus drĩæ, immo per ipſam vnum debet differre ab altero: & quod ſit verũ,ꝙ in definitione hominis non debet addi mortalitas,ſed ſufficit dicere,homo eſt animal rationale, probatur demonſtratiua ratione, Ar.enim 6.top. in 2. loco ſuperfluitatis ait, id eſſe ſuperfluum in aliqua definitione,quo ablato, id quod remanet indicat ſubſtantiam definiti,ſed quocũq; appoſito in definitione hominis,illo remoto pręter animal rationale,id qđ reſtat dicit ſubſtãtiam definiti,ergo quodcũq; appoſitum erit ſuperfluum, v.g.homo eſt animal rationale , diſciplinæ ſuſceptibile , bipes, ly diſciplinæ ſuſceptibile, bipes,eſt ſuperfluũ, qm̃ animal rationale,quod remanet illo ablato,dicit ſubſtantiam hominis, quoniam remanet animal,quod eſt genus,quod genus 6.top. cap. 1. eorum quæ ponuntur in definitione, maximè videtur ſubſtantiam ſignificare , remanet etiam rationalitas,quæ eſt differentia, & forma , quæ forma 2. de anima 2. & 25. eſt ſubſtantia, à pari dempta, & remota mortalitate à definitione hominis , id quod reſtat vt probatum dicit ſubſtantiã hominis,ergo mortalitas eſt ſuperfluum quid in definitione hominis. ergo non debemus dicere in definitione hominis , homo eſt animal rationale mortale, ſed tantum homo eſt animal rationale.

Sed Dices , quòd non ſolum requiritur , quòd *Dub.* illud , quòd remanet in definitione , debet dicere ſubſtantiam definiti , ſed etiam requiritur , vt per illud differat ab omni alio , modò ſi dicimus, quòd homo eſt animal rationale, licet animal rationale dicat ſubſtantiam hominis,tamen ꝑ illud non differt ab omni alio, non enim differt ab Angelis , qui etiam ſunt rationales, ergo oportet vt addatur mortalitas, dicendo,homo eſt animal rationale mortale, vnde per ly animal,ſeu per ſenſibile tanq̃ per genus, homo differt ab alia ſpecie contenta ſub alio genere , vt ab albedine , quæ eſt ſub colore,per ly rationale,homo differt ab equo, & alijs brutis, & per ly mortale, homo differt ab Angelis,& ſic omnes iſtę partes ſunt neceſſariæ in definitione hominis , & nulla ipſarum eſt ſuperflua.

Dicerem ſine dubio,ꝙ animal rationale eſt vera , & completa hominis diffinitio,quoniam datur per genus proximũ,& vltimam differētiam,mortale autem cùm ſit paſſio animalis, non ingreditur definitionem alicuius quidditatiuam (vt dictum) vnde homo nõ differt ab Angelis eſſentialiter per mortale,ſed ſolum per rationale,qñ verò ratio facta probat,& etiã dicit Por.ꝙ homo differt ab angelis per mortalitatē, & cõuenit cum illis per rationalitatē,hoc non dixit niſi exemplariter, iuxta modum loquendi Stoicorũ , ad formam dubitationis dico, quòd animal rationale nõ *Sol.*

ſolum dicit ſubſtantiã hominis, ſed etiã homo tàm à brutis, q̃ ab Angelis differt per rationale, & ſi oppoſitum dicat Por. intelligatis ipſum loqui ad mentẽ Stoicorum, qui volebãt rationale eſſe genus ad hominẽ, & Angelos, & mortale eſſe differẽtiam, veritas tamen eſt vti nos diximus, nec aliter dicendum eſſe putamus, vt optimi dicunt expoſitores, & nos cum illis, ſemper Peripateticam ſectam inſectantes.

Tex. 38 *Exactius autẽ pertractantes ea, quæ ad differentiam pertinent, dicunt non quodlibet diuidẽtium ea, quæ ſub eodem genere ſunt, eſſe differentiam, ſed quod ad eſſe conducit, & quod quid erat eſſe, & quod rei pars eſt. neque enim quod natum eſt nauigare, eſt hominis differentia, & ſi ſit propriũ hominis. dicere enim poſſumus animalium? Hæc quidem apta eſſe ad nauigandum, illa verò minime, diuidentes hominem ab alijs, ſed aptum eſſe ad nauigandum non eſt ſubſtantiæ completiuum, nec eius pars, ſed aptitudo ſolum ipſius. iccirco, quia non eſt talis differentia, quales ſunt quæ ſpecificæ dicuntur, differentiæ erunt, ergo ſpecificæ differentiæ quæcunque alteram faciunt ſpeciem, & quæcunque in eo quod quid erat eſſe accipiuntur, & de differentia quidem iſtã ſufficiant.*

Cum Por. quatuor ex Antiquorũ conſenſu differentiæ tradidiſſet deſcriptiones, nunc quintam eiuſdẽ d̃riæ, & vltimam omnium aliarum certiſſimã, atq; completiſſimã, per quam oẽs aliæ præcedentes certificant, atq; complẽtur, tradere intendit, cauſa intentionis eſt, qm̃ Antiqui viderũt quãlibet deſcriptionem de d̃ria aſſignatã eſſe dubiam, & non rectè eſſe datam. Prima quidem vr̃ dubia, qm̃ propria paſſio eſt quã abundat ſpecies à genere, nã propria paſſio eſt illud, quod ſpecies plus habet, q̃ genus. Secunda deſcriptio etiã vr̃ dubia, vbi dr̃ d̃ria prædicat de pluribus differẽtibus ſpecie in eo quod quale, qm̃ accidẽs cõe prædicat de pluribus differẽtibus ſpecie, in eo quod quale, qd̃ tñ non eſt d̃ria. Tertia definitio etiã vr̃ dubia; qñ dr̃, differentia eſt, quod eſt aptum natũ diuidere ea, quæ ſub eodẽ genere ſunt, qm̃ plura ſunt, quę diuidũt ſpecies ſub eodẽ genere poſitas, tñ earum ſubſtantiã minimè conformant. Quarta etiã vr̃ ipſis antiquis dubia, vbi dr̃ d̃ria eſt, quã differũt à ſe ſingula, qm̃ per paſſiones, quibus differũt à ſe ſingula, quæ quidẽ paſſiones d̃riæ ſpecificæ non ſunt; ideo antiqui Peripatetici arbitrantes nullã ipſarũ fuiſſe datam per eſſentialia ipſius d̃riæ, & per intima, ideo in hoc tex. melius recordati intẽdũt exactius, intimius, atq; medullitus ſpecificã d̃riam deſcribere. Diuidit iſte tex. in tres partes, in prima parte reprobat tertiã, & quartam de d̃ria traditas deſcriptiones, quas reprobantes, afferunt d̃riæ verã deſcriptionem, in 2. ibi (neque .n. q̈ aptũ natũ eſt nauigare) aſſignat cauſam, & rationẽ reprobationis, in 3. ibi (erunt ergo ſpecificæ) concludit, quæ ſunt d̃riæ ſpecificæ. quo ad primum, antiqui Peripatetici exactius, interius, ſubtilius, atq; profundius pertractantes, perſcrutantes, atq; ſpeculantes intima, & naturã ipſius d̃riæ ſpecificæ, dicunt ſpecificam d̃riam eſſe illam, quæ ad eſſe cõducit, & quę eſt quod quid erat eſſe, & quæ rei pars eſt, nõ autẽ dr̃ differentia omne illud quod diuidit ea, quę ſub eodẽ genere ſunt cauſam aſſignantes dñt, quare non omne illud quod diuidit. i. facit differre ea, quæ ſub eodem genere. i. ſpecies non dr̃ differẽtia, qm̃ poſſumus dicere, q̈ inter animalia, ſunt quædã, quæ ſunt apta nata ad nauigandũ, vt homo, quędã verò minimè. i. nõ ſunt apta nata ad nauigãdum, vt bos: ecce modò, q̈ aptum natũ eſſe ad nauigãdum diuidit vnum animal ab alio animali, tñ aptum natũ ad nauigãdum non eſt d̃ria, ergo non omne illud q̈ diuidit ea, quę ſunt ſub eodem genere, eſt d̃ria: & ſi dices aptum natum ad nauigãdum eſt ꝓprium hominis, non cõpetit alteri ab homine, ergo diuidit hominẽ ab alijs, & per cõſequens eſt d̃ria hominis: dicunt antiqui, q̈ & ſi aptum natum ad nauigandũ ſit proprium hominis, & non cõpetat alteri ab homine, tñ non eſt d̃ria ſpecifica hominis, ſed potius eſt quædã aptitudo, ſeu accidẽs ipſius hominis, & ideo dr̃ aptitudo hominis, ſeu accidens, qm̃ non complet ſubſtantiã hominis, nec eſt eius pars: vnde concludunt antiqui, & dicũt, q̈ illæ erunt ſpecificę d̃rię, quæcunq; alterã faciunt ſpeciẽ, & quęcunq; in eo quod quid erat eſſe accipiuntur, & de d̃ria quidem hæc dicta ſufficiant: ex quibus fiat hæc ratio, ſumpta ex tota tex. ſententia; Illa dr̃ eſſe ſpecifica, & vltima d̃ria, quæ ad eſſe conducit. i. quæ dat eſſe ſpeciei, quæ informat ſpeciem, & propter quã ſpecies in actu eſt, qm̃ ſpecifica d̃ria eſt forma, quę forma dat eſſe rei .2. de anima 2. & 25. 7. met. 60. & eſt pfectio rei, perficit rem, 1. phyſ. 70. & id dr̃ d̃ria; quod eſt quod quid. i. definitio rei, & quod qd̃ erat eſſe .i. ſubſtãtia rei, quæ ſubſtantificat, cõplet rem, ſed nullũ accidens eſt huiuſmodi, ergo nullum accidẽs eſt ſpecifica d̃ria, v. g. rationale eſt ſpecifica hominis d̃ria, qm̃ conducit, dat eſſe hoĩ, eſt quod quid. i. definitio, & ſubſtantia hoĩs, & eſt pars ſubſtantialis ipſius hoĩs, quia ponit in definitione hominis, 1. poſt. 30. vnde dicas, q̈ omne illud, q̈ non conducit ad eſſe, neque eſt quod quid rei, neq; eſt pars rei, nõ dr̃ ſpecifica d̃ria, veluti ſunt genera, generũ definitiones, propriæ paſſiones, atq; accidẽtia cõia, nullum .n. illorum d̃ria dici poteſt, licet vna ſpecies differat ab alia per aliquod iſtorum, quia nõ differt ſubſtantialiter, ſed accidentaliter: ideo à differentiarum ſpecificarum numero, omnia illa, quę carent his cõditionibus, excludantur: dicimus ergo, q̈ differentia tres habet conditiones, ſeu prædicata, ſibi eſſentialiter competentia

Digitized by Google

tentia, primum eſt, quod ad eſſe cōducit: ſecūdū eſt, ꝙ ſit quod quid erat eſſe: tertium, ꝙ ſit pars rei, quorum ſi vnum defecerit, non dr̄ ſpecifica differentia. *Dub.* Sed Dices, genus eſt pars illius, cuius eſt genus, ergo genus eſt ſpecifica differentia. *Sol.* Dicas, ꝙ & ſi genus ſit pars, tñ non dat eſſe, non conducit ad eſſe, & ſic non eſt differentia ſpecifica. *Replica* Sed contra, nam ſi differētia ſpecifica (vt dictū) eſt forma, & forma dat eſſe, 2. de anima 7. & 25. genus eſt forma 2. phy. 28. ergo genus dat eſſe, & per conſequens eſt dr̄ia ſpecifica. *Sol.* Dicas, ꝙ illa forma dat eſſe, quæ eſt forma ꝓpria, & particularis, vt eſt rationale, non autem forma cōis, veluti genus 2. phy. 28. *Dub.* Amplius Dices, ꝙ differentia non poteſt dici pars, qm̄ 5. met. c. de parte, nulla pars prædicat̄ de toto, ſed dr̄ia prædicatur de tota ſpecie, vt homo eſt rationalis, ergo dr̄ia nequit dici pars. *Solut.* Soluitur, ꝙ pars integralis, ſeu quātitatiua nō prædicat̄ de toto, vt eſt manus, pes; non. n. dicimus, corpus eſt manus, ſed pars eſſentialis, ſeu qualitatiua, prædicatur de toto, immo non ſolū prædicat̄, ſed neceſſario prædicatur, veluti eſt propria, & ſpecifica dr̄ia. *Dub.* Amplius Dub. dicens, ꝙ dr̄ia ſpecifica non eſt quod quid. i. ſubſtantia, nec pars, nec cōducit ad eſſe, nullū accidens eſt quod quid. i. definitio, qm̄ 3. met. 3. definitio eſt forma, nullum accidens conducit ad eſſe ſpeciem, qm̄ illud quod dat eſſe eſt forma, 7. met. 60. & 37. nullū accidens eſt pars rei, qm̄ pars rei ſumit̄ in definitione rei, accidens non ſumitur in definitione, qm̄ partes definitionis ſunt ſolū formæ 7. met. 34 35. ſed accidens non eſt forma, quoniā forma eſt ſubſtātia 2. de anima 2. ſed dr̄ia ſpecifica eſt accidens, ergo dr̄ia ſpecifica non conducit ad eſſe ſpeciem non eſt quod quid erat eſſe, nec eſt pars, minor probat̄, ait enim Ar. 1. poſt. 33 quæcunque de ſubiecto pdr̄ accidētia ſunt, ſed dr̄ia, teſte Por. de ſubiecto prędicat̄, ergo dr̄ia eſt accidens, ſi eſt accidens, ergo oē dictum in hac vltima de dr̄ia deſcriptione, ab antiquis, & à Por. confirmatum, conſumatum eſt, vnde ſequitur, ꝙ dr̄ia non eſt quod quid erat eſſe, nō conducit ad eſſe, neque eſt pars. *Aliorū ſolutio.* Soluunt aliqui dicentes, ꝙ dr̄ia conſiderata vt eſt ſecunda intētio, ſic eſt accidens, & nō eſt pars, nec quod quid, nec conducit ad eſſe; ſed cōſiderata vt eſt prima intentio, ſic eſt pars, & quod quid, & cōducit ad eſſe. *Replica* Sed contra, nam dicit Ar. in tex. allegato, ꝙ quæcunq; de ſubiecto dn̄r accidentia ſunt, ſed dr̄ia, vt eſt prima intentio prędicat̄ de ſubiecto, ergo dr̄ia vt eſt prima intentio eſt accidens, dicimus. n. homo eſt rationalis, ly rationalis, eſt prima intētio, non. n. dicimus homo eſt dr̄ia, quę differentia eſt ſecunda intentio. *Sol.* Soluas demonſtratiuè, ſicut demonſtratiua fuit ratio contra illam Sol. & Dicas, quòd qn̄ dicit Ar. quæcūq; de ſubiecto dn̄r accidentia ſunt, intelligit̄ ſic, .i. exiſtunt per accidens, qm̄ ſingularia de quibus ibi loquit̄, exiſtunt per ſe, & non prædicantur de ſubiecto, vt ergo Ar. excluderet oīa quę prædicant̄ nō exiſtere per ſe, ſicut exiſtunt ſingularia: dixit quæcunq; de ſubiecto dn̄r, ſunt accidentia, nō vt diſtinguuntur contra ſubſtātiam, ſed ſunt accidentia inquantum non exiſtunt per ſe, quia genera, ſpecies, differentia, proprium, & accidens, & ipſum vniuerſale, nō exiſtunt per ſe, ſed per accidens inquantū ſunt in ſingularibus, vnde dicebat Ar. in c. de ſubſ. corruptis primis ſubſtātijs impoſſibile eſt aliquid aliorū remanere, qm̄ omnia alia. ſ. genera, & ſpecies, & accidentia ſunt in primis ſubſtantijs, & de illis prædicātur, vnde fiat ratio talis, quod per aliud tale per accidens eſt tale, 5. phy. 1. ſed dr̄ia, genus, ſpecies, proprium, & accidens, & vniuerſale ſunt, & exiſtūt propter primas ſubſtātias, ergo per aliud, ſi per aliud, ergo per accidēs: reſolutè ergo dicas, ꝙ ſi dr̄ia ſpecifica vt eſt prima intentio, prædicatur de ſubiecto, non dr̄ accidens vt diſtinguit̄ contra ſubſtantiā, quia ipſa eſt ſubſtantia, ſed dr̄ accidens, quia exiſtit per accidēs. i. per aliud. i. per primas ſubſtantias, quæ primæ ſubſtantiæ exiſtunt per ſe. Amplius Dub. nullum vniuerſale, *Dubit* ſeu cōe eſt ſubſtātia 7. met. 58. 57. ſed differentia ſpecifica eſt vniuerſalis, & cōis pluribus, qm̄ prædicat̄ de pluribus indiuiduis, vt rationale prædicat̄ de Franciſco, & Antonio, ergo dr̄ia ſpecifica non eſt ſubſtantia, non eſt quod quid, neq; pars. Soluitur, ꝙ vniuerſale ſumitur *Sol.* bifariam, vno modo, vt eſt ſecundo intellectū, & ſic nō eſt ſubſtantia, ſed ſignificat ſubſtantiā teſte Auer. 1. met. 45. vbi ait, ꝙ intellecta rerū ſignificant ſubſtantias rerum, ſed nō ſunt ſubſtātię: alio modo, vt primo intellectū, & ſic eſt ſubſtantia, quo ſtante dicimus, ꝙ ſi dr̄ia ſumit̄ vt eſt vniuerſale ſecundo intellectū, ſic non eſt ſubſtantia, nec pars, nec conducit ad eſſe, ſed ſi ſumitur vt eſt vniuerſale primo intellectū, eſt ſubſtantia, & quod quid, & pars. Sed cōtra, *Replica* nam 7. met. 44. 86. & 7. Ar. diuidens ſubſtantiā dicit, ꝙ ſubſtantia dicit̄ quatuor modis, inter quos numerat ipſum vniuerſale. Soluit, dicendo *Solut.* ſicuti diximus, vel aliter ex Au. ibidem, ꝙ illa diuiſio eſt ſecundum famam, ſed ſecūdum rei veritatem Ar. diuidit ſubſtātiam trimembri diuiſione, videlicet in materiam, formam, & aggregatum. Vnde ſumas, quòd vniuerſale non eſt ſubſtantia, niſi vt primo intellectū, ſed ſi eſt ſubſtantia, vt ſecundo intellectum nō niſi ſecundum famam, reſtat ergo, ꝙ dr̄ia ſpecifica non obſtāte, ꝙ ſit vniuerſalis, & pluribus cōis, eſt ſubſtantia, & conducit ad eſſe, & eſt pars. Sed Dices, iſta differentia ſpecifica, quæ habet *Dub.* iſtas tres conditiones. ſ. ad eſſe conducit, & ꝙ quid erat eſſe, & eſt pars, quo nominabit̄ noīe proprio? Dicas cū Ar. 2. phy. 28. & 7. met. 7. 44. *Sol.* vbi volens nominare formā vocat ipſam ſic, dicens, ꝙ quid erat eſſe rei, ſic dicas tu, ꝙ dr̄ia ſpe-

ſpecifica nil aliud eſt, niſi vltima forma, q forma ad eſſe conducit, & eſt, ꝙ quid erat eſſe, & pars eius. i. q forma dat eſſe ſpeciei, & eſt pars ſpeciei, & quod quidi. ſubſtantia ſpeciei complectens, definiens, informans ipſam ſpeciem.

Dub. Amplius Dices, ſi nauigare eſt proprium hoīs, ergo non deberet cōpetere alteri ab homine, qm̄ propriū id eſt, ꝙ competit vni, & nō alteri 1. top. c. proprio. ſed videmus mōſtra marina nauigare, & naues et nauigare.

Sol. Soluas non eſſe verum, ꝙ monſtra marina nauigāt, ſed potius natant in aquis; naues etiā non dr̄ nauigare, ſed potius nauigiū facere, vnde naues faciunt nauigium, homines verò nauigant in mari, iuxta illud Virgilianum: Gens inimica mihi Tirrhenum nauigat æquor: & iuxta Adagium illud: Ego in portu nauigo: quod nauigare nil aliud eſt niſi nauem gubernare, quæ nauis gubernatio pertinet ſolum ad hominem, ideo dr̄ aptitudo, ſeu paſſio hoīs, per quā accidentaliter homo differt ab equo, natare autē non eſt proprium hoīs, qm̄ competit delfino, piſcibus, & alijs, qui non ſunt hoīes, vnde ſi nauigare eſſet dr̄ia hominis, & nō paſſio, ſequeretur quòd qui nō nauigarent. i. qui non nauem gubernarent, non eſſent homines, quod eſt abſurdum.

Dub. Amplius dubitatur, non. n. vr̄, ꝙ differentia poteſt definiri, nam oīs definitio conſtat ex genere, & differentia 7. met. 43. ſed ſi differētia definiretur, tunc definiretur per aliā dr̄iam, & ſic dabitur ꝓceſſus in infinitum.

Alia dub. Amplius, ſolius ſpeciei eſt definitio 7. met. 27. ſed dr̄ia non eſt ſpecies, quia ſunt duo prædicabilia diſtincta, ergo dr̄iæ non eſt definitio.

Sol. Dicas, ꝙ qn̄ definitur dr̄ia, non definitur vera definitione, ſed potius deſcribitur, atq; per effectus notificat, qm̄ ſpeciei compoſitæ eſt definitio, nō autem dr̄iæ, quę eſt ſimplex.

Dub. Amplius ſi dr̄ia eſſet pars rei, tunc ſequeret, ꝙ differentia eſſet ſubſtātia, & probatur, qm̄ pars ſubſtantię, eſt ſubſtantia, 2. de anima 4. modò differentia eſt accidens, quoniā prædicat in quale, vt hic ait Por. ergo non dr̄ pars.

Solut. Dicas, quòd ſi prædicat in quale, non prædicat in quale abſolutè, & accidētale, ſed prędicat in quale quid, denotās ſubſtantiā, & ſic differentia ſpecifica eſt ſubſtātia, & non accidens, & eſt pars eius, cuius eſt differentia.

DE PROPRIO CAP. V.

Tex. 39 *PROPRIVM verò quadrifariam diuidunt. nam & id quod ſoli alicui ſpeciei accidit, & ſi nō omni. proprium dicitur, vt homini medicum eſſe, vel geometram. Et quod omni accidit ſpeciei, & ſi non ſoli; quemadmodum homini eſſe bipedem. Et quod ſoli, & omni, & aliquando, vt omni homini in ſenectute caneſcere. Quartum autem id, in quo cōuenerunt & ſoli, & omni, & ſemper quemadmodum homini eſſe riſibile, nam & ſi non ſemper rideat, tamen riſibilis dicitur, nō ꝙ rideat ſemper, ſed ꝙ ſemper aptus natus ſit vt rideat; hoc autem ei ſemper cōnaturale eſt, quemadmodum & equo hinnibile.*

Hoc cap. ad præcedentia, duplici continuatione venit continuandū, altera vniuerſali, altera particulari, & quoniā 1. phy. 4. 57. vniuerſalia præcedūt particularia, vnde ab vniuerſali cōtinuatione eſt incipiendum, ideo primo cōtinuetur continuatione vniuerſali, deinde continuatione particulari, dicimus ergo. Poſtquā Por. perfecit ſermonem de differentia, nunc reſtat vt de proprio diſſeratur, hęc eſt continuatio vniuerſalis, ſed particularis cōtinuatio eſt hæc, cum nonnullas dr̄iæ ſignificationes, atq; deſcriptiones aſſignauit, nunc intendit multiplices de proprio ſignificationes enarrare, ſequens Ar. regulam quā in præcedentibus cap. ſequutus eſt nomen. ſ. multiplex in ſua ſignificata diuidere, deinde illud determinare, veluti iubet Ar. 1. cœli 1 10. & meritò quidem Por. numerat de ꝓprio ſignificationes, vt oſtendat quæ ſit congrua, & conueniens nuncupatio ꝓprietatis, de qua philoſophi loquunt.

Dub. Sed Dices, qua ratione prius de genere, ſpecie, dr̄ia, deinde de proprio diſſeruit.

Solut. Dicas rationabiliter quidē factum eſſe, nam genus, & ſpecies immediate ſubſtantiā ſignificant, dr̄ia verò qualitatem circa ſubſtantiā demōſtrat, proprium autē, & accidens cōe, ſunt voces accidentales, & qm̄ ſubſtantia eſt prior accidente 7. met. 4. & 1. ethic. c. 7. ideo prius de genere, ſpecie, & dr̄ia, deinde de proprio accidente.

Dub. Sed iterum Dices, ſi nunc intendit differere de proprio, & accidente vt de vocibus accidētalibus, quare prius de proprio, & vltimo de accidente cōi?

Sol. Dicas cum Amm. quoniam proprium eſt tanq̄ intermedium, inter ſubſtātialia, & accidentalia, habet. n. cum ſubſtātialibus cōmunitatem, quia & ſoli, & omni, & ſemper exiſtit, ſicut ſubſtantialia, habet etiā cōmunitatem cum accidentalibus, quoniā à ſubiecto ſeparari poteſt, & ſi nō actu, tn̄ per intellectum, & imaginationem ſicut accidētia cōia.

Alia ſol. Vel Dicas ideo poſt dr̄iam fuiſſe pertractatum de proprio, quoniā latente dr̄ia ſpecifica vtimur proprio, tanquā ſibi vicino ab ipſa proueniente, 1. poſt. 36. & 2. poſt. 20.

Alia ſol. Vel Dicas, prius de proprio, quoniam eſt prædicamentum per ſe in ſecūdo modo dicendi per ſe, 1. poſt. 31. accidens cōe eſt prædicamentū per accidens, 1. poſt. 31. 32. & quoniā id, quod eſt per ſe, & eſſentiale 1. ethic. c. 7. 2. phy. 66. eſt prius eo, quod eſt per accidēs, ideo inter voces accidētales, prius voluit de ꝓprio, q̄ de cōi accidente diſſerere: his ergo ſic ſtantibus, pro maiori, atq; faciliori dicēdorum intelligentia. Diuiditur totum hoc cap. in tres principales partes, in prima huius vocis. ſ. proprij ſignificationes explicat, aſſignādo ſingularum ſignificationum exempla, in alibi (nam

Digitized by Google

& ſi non ſemper rideat) ſoluit tacitã obiectionem, in 3. ibi (hæc autem proprie, propria dñr) facit electionem ex his proprij ſignificationibus, quæ ſit magis propria, atq; verior ſignificatio, de qua philoſophi loquunť. quantũ ergo ad ſententiam tex. declarandã, dicimus, ꝙ antiqui Peripatetici diuidunt hãc vocem æquiuocam, ſ. propriũ quadrifariam. i. in quatuor modos, vel (diuidunt) i. nuncupãt proprium quatuor modis: vel (diuidunt). i. dicunt, ꝙ propriũ dr̃ quadrifariã, quod idem eſt, ꝙ quatuor modis fari. i. ſm̃ quatuor intentiones dici, propriũ primo modo dr̃ illud, ꝙ accidit. i. competit, dixit accidit, oſtendens eſſe prædicamentũ accidẽtale, vni, ſoli ſpeciei, ſed nõ omni indiqiduo contento ſub illa ſpecie, immo in minori parte, vt eſſe philoſophum, vel geometrã, vel medicum, vel legiſtam, competit ſoli homini, ſed non cõpetit omnibus indiuiduis, vt patet, qm̃ ſolus homo inter omnia animalia viuit parte intellectiua, hæc autẽ inſunt ei, propter intellectum, & voluntatẽ, quæ pertinent ad partem intellectiuã: ſed nota, ꝙ eſſe philoſophum, vel legiſtam, vel medicum, tũc eſt propriũ primo modo dictum, qñ importat eſſe actu philoſophum, vel poetã, vt Ferdinandus actu, eſt poeta actu, eſt philoſophus, nunc poetam eſſe, & philoſophum eſſe, eſt propriũ hominis in primo modo, ſed qñ importãt aptitudinẽ ſolam, tunc non ſunt propria primo modo, ſed ſunt propria quarto modo, v.g. Federicus non eſt actu philoſophus, ſed habet aptitudinem, & potentiã ad eſſe philoſophum, vnde dicimus, ꝙ oẽs particulares homines ſunt philoſophi, & legiſtę, & medici aptitudine, & potẽtia, tñ non oẽs ſunt actu legiſtæ, medici, atq; philoſophi, hinc dixit Por. proprium primo modo dictum eſt id, ꝙ accidit ſoli ſpeciei, ſed non omni indiuiduo cõtento ſub illa ſpecie, & dixit (non omni). i. alicui, quoniam 1. perihermenias c.5. negatio præpoſita vniuerſali affirmatiuæ æquipollet, particulari negatiuæ, vt non oĩs homo eſt medicus, idẽ eſt, ac ſi diceres, aliquis homo non eſt medicus, tñ licet in actu non oẽs homines ſint poetæ legiſtæ, & medici, tñ potentia, & naturali aptitudine ſunt omnes omnia, iuxta decretum Ar. 1. met. in prologo c.1. oẽs homines natura ſcire deſiderant: & nota, ꝙ ſimile eſt de ridente, & riſibili, nam eſſe actu ridẽtem conuenit ſoli homini, ſed nõ omni homini, qm̃ non oẽs actu rident, in eadem. n. hora ſunt aliqui flentes, aliqui ridentes, eſſe ergo ridentem eſt propriũ homini primo modo; ſed eſſe aptũ natum ad ridendum cõpetit omni indiuiduo, & ſoli ſpeciei humanæ, & ſic eſt proprium in quarto modo. Secundo dñr propriũ eſſe illud, quod competit omni indiuiduo contento ſub ſpecie, ſed non cõpetit ſoli, vni ſpeciei, & ſemper cõpetit remoto impedimẽto, & caſu, ſicut eſſe bipedem eſt proprium hominis ſecundo modo, nam eſſe bipedem, & gradi duobus pedibus conuenit omni homini qui ſit verus homo, ſed non ſoli homini, qm̃ conuenit multis animalibus precipuẽ volantibus, dixi remoto impedimento, vt excludãtur hoĩes, qui ex infirmitate, aut abſciſſione non ſunt bipedes, dixi & caſu, propter monſtra, quorum aliqua aut nullius, aut vnius, aut plurium, q̃ duorum ſunt pedum, dixi verus homo, vt excludantur quædã animalia habentia effigiem humanã, vt aiunt, ꝙ in India inueniũtur homines, qui vnum tm̃ habent pedem, & vnum oculum in fronte, qui ſaltando gradiuntur. Tertio modo id dr̃ propriũ, ꝙ vni ſoli ſpeciei, & omni indiuiduo ſub illa ſpecie cõtento, verum non ſemper, ſed aliquando puta caneſcere, conuenit ſoli homini, & omni indiuiduo: ſed nõ niſi in ſenectute, loquendo tñ de caneſcere naturaliter, & ſm̃ ordinem naturæ, & proprie, nam in hominibus iuuenibus ſi cauſať albedo in capillis, talis dealbatio nõ debet vocari canities, quia nõ cauſatur ex putrefactione humidi in cerebro, ſed propter aliquem humorẽ putrefactũ in cute: & dico ſm̃ ordinem naturę, qm̃ accidit ex alijs cauſis hominem caneſcere ante ſenectutem, & præcipue ex longa, & intenſa animi triſtitia, ideo inquit Boet. in 1. de conſolatione metro primo, intẽpeſtiui funduntť tempore cani. ſ. capilli, aut propter malam intemperatã complexionem, qualis eſt flegmatica, & melãcholica, vtraque. n. eſt frigida, & canities ex frigiditate prouenit, nam ideo nõ caneſcit homo in iuuentute, qm̃ calor naturalis ſuperabundat, tẽperans frigidum; in ſenectute autẽ ex defectu caloris ſuperabundat frigidum, & humidũ ſuperfluũ, ideo in ſenectute caneſcit homo, nam calidi eſt denigrare, & cũ calor naturalis corporis ſenum debilitať, non cõcoquit nutrimentum, quo capilli nutriuntur perfecta cõcoctione, & generať in eo ab aere ambiente calor putredinalis, quare dealbať ab iſto calore putrefactiuo orto in eo ex debilitate caloris innati, & inter alias cõplexiones ſanguinea tardius caneſcit, poſt ipſam colerica, propter caloris abundantiã temperantis frigidũ, & conſumentis humidum indigeſtũ, ſiue ſuperfluum, dico propriẽ, qm̃ licet aliqua animalia, vt lupus, & canis videanť mutare pilos ſuos naturales in albos, non tamen ꝓpriẽ caneſcunt, ſed potius griſeſcunt: cauſa ꝓpriẽ canitiei eſt ſuperabundãs frigiditas cerebri, quæ ineſt homini ſuper oĩa alia animalia, & ideo male odorat homo, vt 2 de anima 92. patet, ꝙ autem aliqua bruta mutent pilos in albos, non eſt ex ſuperabundanti, & indigeſta frigiditate cerebri, cuius ſignum eſt, ꝙ vſq; in finem vitæ ſubtiliſſimẽ odorant, ſed eſt ex indigeſtis frigidis humoribus diſperſis per totum corpus, & præcipuẽ, quando brutũ eſt vorax, ſicut lupus, & canis. Quarto modo dr̃ proprium, quod competit ſoli vni ſpeciei,

Ex quo cauſãtur canities ĩ iuuenibus.

Inter complexiones, quæ tardius caneſcit.

Digitized by Google

ſpeciei,& omni indiuiduo contẽto ſub illa ſpecie,& ſemper.i.in omni tẽpore,& neceſſario,vt eſſe riſibile cõpetit ſoli homini,& oĩbus particularibus hominibus: & ſi Dices, ꝙ homo non ſemper ridet, Dicas, ꝙ licet non ſemper rideat in actu,tamen eſt aptus natus,& habet aptitudinem, & potẽtiam vt poſſit ridere ſemper, & quando vult, ſimiliter equo potentia hinniendi, & cani data eſt aptitudo latrandi. Sed Dices, quare inter omnia animalia ſolus homo caneſcit? Dicas (vt iterum dictum eſt) quòd ideo canities cauſatur in hominibus, quoniã homo inter animalia omnia habet cor calidiſſimum, natura.n.ſagax ne per calorem cordis homo ſuffocaretur, cor calidiſſimũ ſuppoſuit cerebro frigidiſſimo, vt caliditas cordis temperaretur frigiditate cerebri, & è cõuerſo, ſic quod temperamentum adderetur vtrobique, hæc etiam patet ex tali ſigno, quoniam homo omnium animalium habet turpiſſimum odoratum 2.de anima tex.92.etiã homo quaſi mediũ vitæ ſuæ conſumit dormiendo,& hoc contigit ex ſuperabundãtia cerebri frigidi, & humidi,& ſic indiget calore naturali, illud humidum digerente,& conſumente,& illum calorẽ ſufficientem habet in iuuentute, ideo non efficitur canus, ſed in tempore ſenectutis deficit in calore naturali, & ſic vapores aſcendentes à ſtomaco, manent indigeſti, propter defectum caloris naturalis,& conſequenter putreſcunt, & illam putrefactionem humorũ ſequitur albedo, quę dicitur canities: Ex quo patet, quòd canities nil aliud eſt, quàm albedo crinium ex putrefactione humorum circa radices pilorum ex defectu caloris naturalis, tempore ſenectutis cauſata, & etiam canities cauſatur ex malitia complexionis aliquando, & hæc bene contingit in iuuentute, aliquando etiam ex humido indigeſto, aliquando ex nimio timore, vel cura, vt patet de mercatoribus, nauigantibus,& raptoribus: vnde verſus: Cura facit canos, quis homo nõ habet annos. Sed Dices, eſt ne poſſibile, ꝙ capilli, qui ſunt nigri fiant albi, & deinde iterum nigreſcunt? Dicas, ꝙ poſſibile eſt, & multotiens accidit, nam plures homines, quando ægrotant forti ægritudine, capilli capitis eorum dealbantur, quibus deinde ſanatis, iterum denigreſcunt, quod totum fit ex debilitate caloris naturalis tempore ægritudinis,& eius fortitudine tempore incolumitatis, quæ omnia videre potes ab Ar. clarius tamen ab Au.5.de gen.an.c.6.

Dub. Sol. Vide cauſam quare hõ non efficitur canus ĩ tẽpore iuuentutis. *Quare homo ſit canus in ſenectute.* *Quid eſt canities.* *Dub.* *Sol.*

Tex.40 *Hæc autem & propriè propria dicuntur; quoniam etiam conuertuntur, ſi quid enim equus eſt, hinnibile eſt: & ſi quid hinnibile, equus eſt.*

Cum Por. diuiſit proprium, tanquam vocem æquiuocam, ſecundum quatuor intentiones, vt dicit Au. ſeu ſignificationes, & ſingularum ſignificationum ſingula aſſignando exempla: nunc tãquam reſolutus, atque peritus artifex facio electionem inter has quatuor ſignificationes, quænam ipſarũ eſt verior, ac proprior: .i.quodnam dicitur proprium ſecundum veritatem, quòd propriè dicitur proprium, de quo philoſophi ſermonem faciunt, ait ergo Por.& dicit, hæc autem, q.d. autem, pro ſed hæc propria.ſ.quæ competunt vni ſoli ſpeciei,& omni indiuiduo, & ſemper.i.omni tempore, non ſolum dicuntur propria abſolute, ſicut alia, ſed additur hæc conditio.ſ.dicunt propriè.i. verè propria, quæ proprietas proprij eſt, vt competat ſoli ſpeciei, & omni indiuiduo, & ſemper, quæ propria habentia iſtas tres conditiones, ſunt propria propriæ.i. conuertibiliter dicta, v.g. riſibile competit ſoli homini, omni homini,& ſemper,& conuertiſ cum homine, ſi enim quid eſt riſibile, homo eſt, & ſi quid homo eſt, riſibile eſt: & ſi quid hinnibile eſt, equus eſt, & ſi quid equus eſt, hinnibile eſt, ſemper intelligendo per ly riſibile, & hinnibile aptitudines, & potẽtias innatas,& à natura inſitas in ſubiectis per quas poſſunt ridere, & hinnire quãdo volunt, non autem actus.i.riſum, & hinnitum, & hæc ſunt illa propria accidentia, de quibus ſunt demonſtrationes ſimpliciter, 2.poſt.12. 1.poſt.41. 2.poſt.94. quæ ſunt prædicata per ſe, in ſecundo modo dicendi per ſe 1.poſt.31. Vnde ſi quis quæret, quid eſt accidẽs propriũ, dicat, eſt id quod habet tres conditiones.ſ.qđ competit omni, ſoli. & ſemper, & conuerſim prædicatur, & hoc eſt illud accidẽs proprium quo vtimur loco differentiæ in definitione, qñ differentia eſt ignota, 1.poſt.36. 2.poſt.20. & hæc etiam ſunt accidẽtia illa per ſe, de quibus eſt ſcientia demonſtratiua 1.poſt.52. Ar. alia verò ſunt propria accidentia ꝑ accidens, non per ſe, quæ nõ ſunt neceſſaria, nec ſemper, ideo alia omnia excluduntur à demonſtratione, & hæc tantum propriè propria, quæ ſunt per ſe, & neceſſaria includuntur in demonſtratione, & ſciuntur per demonſtrationem, deſeruiunt arti,& ſcientiæ. Sed Dices, ſi alia propria non deſeruiunt arti, & ſcientiæ, quare fuit ſermo factus de ipſis? Dicas, quoniam Artifex ex regula Ar. 1. cœli 110. debet diuidere vocem.i. æquiuocã in ſua ſignificata, deinde ex illis accipere illud, quod deſeruit ſuo propoſito, ideo Por. diuiſit proprium in quatuor ſignificationes, relinquens alias, ſumpſit illã quę eſt quarto & vltimo modo dicta, quæ deſeruit arti, & ſcientiæ,& de qua philoſophi tractant. Sed dices, ſi Por. dixit in tex. quartum autẽ id,& nominauit in ſingulari proprium; quare in hoc tex. dicit, hæc autem,& propriè propria dicũtur, in plurali? Dicerem in hoc,& verè, ꝙ Por. aſſignauit duo exẽpla de proprio quarto modo dicto.ſ.riſibile,& hinnibile, vnde quando dicitur, hæc autem intellige tu riſibile, & hinnibile

Dub. *Sol.* *Dub.* *Sol.*

Digitized by Google

Alia ſol. bile ſunt propriè propria. Sed ſubtilius, quando enim dicit Por. (hæc autem) intelligit proprium quarto, & primo modo dictum, ſumendo tamen propriū primo modo, non pro actu, ſed pro aptitudine, nam ſicut poſſe ridere conuertitur cum homine, & competit omni homini, & ſemper, ſic poſſe eſſe medicum, vel geometram cōuertitur cum homine, & competit omni homini, & ſemper. Nota tamē, quoniam licet homo poſſit eſſe medicus, & legiſta, & habeat hanc aptitudinem, & potentiam ad eſſe medicum, & geometram, tamen non ſic de facili poteſt acquirere actum, niſi maximo cum temporis ſpatio, & cum nonnullis medijs ſtudio, labore, & exercitio, quod non eſt ſic de riſibilitate, nam homo, qui vult ridere de facili, & ſubito ridet, quando vult ex omni minima cauſa, & hęc eſt differentia inter aptitudinem, quæ eſt in quarto, & in primo modo dictam.

Dub. Sed Dices, ſi homo eſt riſibilis adeò, quòd homo qui flet, & lachrimat eſt riſibilis, quando promouetur ad riſum, & ridet, vellem ſcire, quomodo fit ille riſus, ille actus ridendi ſic cito de fletu mouetur ad riſum? *Sol.* Dicas, quòd cū homo ſit animal rationale, & intellectiuum, eſt de viſis, & auditis admiratiuus, cuius admirationem ſequitur aliquando riſus, & aliquando fletus, *Vide quō fit riſus in homine.* ſi ea quæ præſentantur ſenſui accipiuntur delectatione calor, & ſpiritus recurrunt ad faciem, in qua ſunt ſenſus exteriorum ſenſibilium præcepti, ex concurſu autem caloris, & ſpirituum ad faciem, prouenit faciei dilatatio, & conſequenter riſus, niſi aliud impediat: *Quō fit fletus ī homine* ſi autem ſenſibilia præſentata ſenſui accipiantur cum triſtitia, calor, & ſpiritus retrahuntur ad cor, ad quorum retractionem ſequitur faciei, & cerebri conſtrictio, conſtricto autem, & compreſſo cerebro, ſequitur humidi lachrimalis expreſſio per os, per naſum, & per oculos, quia à cerebro ad oculos meatus viæ habiliores ſunt, & hac de cauſa dicitur flere homo, quia autem admiratio de apprehēſis per ſenſum nulli cōuenit, niſi homini, ideo ſolus homo ridet, & plorat: ex principijs igitur naturæ humanæ prouenit aptitudo ad admirandum, ad quod ſequitur aptitudo ad ridendum, & ad flendum, ex admiratione autem ſequitur riſus, & fletus, ſicut enim non ſemper admiratur homo, ita non ſemper ridet, vel plorat, & quia ſemper admiratiuus eſt, propterea ſemper eſt riſibilis, & flebilis. *Quare hō non ſēper ridet, ſed eſt ſemper riſibilis.*

Dub. Sed dices, ſi ex admiratione fit riſus, quare homines qui titillantur rident, immo celeriter rident? *Solut.* Dicas cum Ar. 3. de par. an. c. 10. quoniam motus celeriter peruenit ad locum, qui dicitur diafragma, vt dicit Au. qui quanquam leuiter calefaciat, tamen aperit, mentem mouet præter voluntatem. *Dub.* Verum Dices, quare homo titillatur. *Sol.* Dicas cum Ar. ibidem, quòd eſt tenuitas cutis, & quòd ſolus omnium animaliū rideat; eſt enim titillatio riſus per eiuſmodi motum partis, quæ aliam complent ictu etiā eſt trajecta præcordia in prælijs riſum attuliſſe proditum eſt. ſ. calore quem mouet vulnus. *Pul ra dub.* Amplius dices, ſi riſus fit vel ex admiratione, vel titillatione, vnde eſt, quòd pueri nati illico rident, & congratulantur, & nondum oculos aperierunt, immo ſicut quædam mulier, quæ fuit ſoror Auguſtini Sueſſani nomine Puliſena narrauit ſe peperiſſe filium, quem ob riſum lactare non poterat, & ſic ridentem pluribus diebus tenuit, tandem mortuus eſt ſic ridens. *Sol.* Dicas cum Origene, Ammonio, qui dicunt, quòd intellectus paruulorum ſemper videt cœleſtis Patris faciem, qui intellectus diuinis occupatus non poteſt exercere opera vitæ. Amplius, diuulgatum eſt per ora mulierum pueros in principio ortus Dei faciem, ac Angelorum videre, & omnes leges id aſſeuerarunt, quod quidem famoſum non eſt omnino falſum teſte Au. in lib. de ſomno, & vig. quod Plotinus concedens, dixit, pueros in ſucceſſu vitæ intellectionem illam non continuare, quia procedēte ætate intellectus conuertitur ad rationem, ratio ad imaginationem, imaginatio ad ſenſum, in quo fit habitus procliuus ad vitia, ob quod ſubtrahitur vis beatitudinis, propterea ergo pueruli rident. Sed pro ampliori doctrina notanda ſunt nonnulla, & primò notandæ ſunt quædam regulæ, quarum prima eſt talis, de proprio primo modo prædicatur ſpecies, & non è contra, quoniam omnis medicus eſt homo, ſed non conuertitur omnis homo eſt medicus. Secunda regula de proprio ſecundo modo non prædicatur ſpecies, ſed bene è contra, nam omnis homo eſt bipes, ſed non conuertitur omnis bipes homo eſt. Tertia regula de proprio tertio modo prædicatur ſpecies, & è contra, ſed non ſemper, nam omne caneſcens eſt homo, & omnis homo caneſcit, ſed non ſemper. Quarta regula de proprio quarto modo prædicatur ſpecies, & è contra vniuerſaliter, & ſemper, quoniam omnis homo eſt riſibilis, & omne riſibile eſt homo. *Not.* Amplius eſt notandum, quoniam dixerat Por. proprium diuidi quadrifariam, poſſumus ſic diuidere proprium. Vel vni ſoli ineſt ſpeciei, vel non ſoli, vel omni, vel non omni, vel ſemper, vel non ſemper, & ex his diuiſionibus quatuor dictas potes colligere ſignificationes.

DE ACCIDENTE CAP. VI.

Tex. 4. *ACCIDENS autem eſt, quod adeſt, et abeſt præter ſubiecti corruptionem. Diuiditur autem in duo: namque id eius ſeparabile eſt, & illud inſeparabile. eſt enim dormire ſeparabile accidens, nigrum verò inſeparabiliter coruo, & Aethiopi accidit, poteſt enim intelligi, & coruus albus,*

&

& Aethiops abÿciens colorem, præter ſubiecti corruptionem.

Poſtquam Por. in prologo huius libri quinque prædicabilia declaranda propoſuit, quorum quatuor notificauit ipſa diuidendo, ac determinando: nunc quintum, & vltimum accidens proprio nomine dictum declarare intendit. Diuiditur iſte tex. in tres partes, in prima Por. ex arrupto ſtatim non ſolitum ordinem obſeruando tradit accidentis deſcriptionem: in ſecunda ibi (Diuiditur autem) diuidit accidens in prima parte tex. deſcriptum: in tertia ibi, (poteſt enim intelligi coruus albus) ſoluit tacitam obiectionem: primo itaque Por. quod dictum eſt efficit. i. accidentis definitionem tradit, accidens eſt, quod adeſt, & abeſt, præter ſubiecti corruptionem, pro huius definitionis notitia primo eſt Notandum circa definitum, quòd accidens dupliciter ſumi poteſt, vno modo vt diſtinguitur contra ſubſtantiam ſecundum quod ens diuiditur in ſubſtantiam, & accidens. Alio modo vt diſtinguitur contra proprium accidens primo modo eſt commune ad decem prædicamenta, & eſt nomen primæ intentionis. Accidens ſecundo modo eſt vox ſignificans accidentia communia, quæ poſſunt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem, ex quibus fieri poſſunt iſtæ diſtinctiones, videlicet accidens, vt diſtinguitur cõtra ſubſtantiam eſt duplex commune, & proprium: alia diſtinctio, & eſt ſimilis, accidens vt diuiditur contra ſubſtantiam, eſt duplex, aliud per ſe, aliud per accidens: accidens per ſe eſt accidens proprium, accidens verò per accidens eſt accidẽs commune. His ſtantibus quiſque certus ſit hic non definiri niſi accidẽs cõmune, & accidens per accidens. vnde quando dicitur in tex. accidens, intellige tu accidens commune, & per accidens, quod adeſt, & abeſt pręter ſubiecti corruptionem, nõ autem accidẽs proprium, & per ſe, quod ideo dicitur accidens commune, quoniam prædicatur indifferenter de rebus diuerſarum ſpecierum, & diuerſorum generum, & non conuertitur cum illis, v.g. nix eſt alba, canphora eſt alba, lac eſt album, ecce modo quod ly album prædicatur de pluribus genere, & ſpecie diuerſis, immò hoc accidens commune pluribus dicitur infinitum, quoniam non determinat ſibi aliquod determinatum ſubiectum, neque definitur per determinatum ſubiectũ, cum ſit pluribus cõmune: & ſcias etiam, quòd hoc accidens commune eſt duplex, aliud eſt ſeparabile, vt dormire, vigilare: aliud eſt inſeparabile, vt nigredo in coruo, & albedo in cigno: Por. quando definit accidens, intelligit vtrumque. ſ. tam ſeparabile, quàm inſeparabile: dicit Por. accidens commune, tam ſeparabile, quàm inſeparabile adeſt, & abeſt pręter ſubiecti corruptionem: ſed circa hanc accidentis deſcriptionem variæ, ac innumeræ ſunt expoſitorum expoſitiones, & quoniam noſtrum ſtudium eſt non implere pagellas aliorum dicta ſcribentes, & audientium animos confundere, ſed rem declarare, & auditorum ingenia aperire, & ad difficiliora introducere, ideo breuiter, & facile quid Por. & Ar. dicunt, ac ſentiunt, manifeſtabimus, ſed in primis abſoluendum eſt quare Por. ſolita dicendi via, atque regula non vtitur, qua in reliquis vocibus perſcrutandis vſus fuit, primo enim illas in ſuas ſignificationes diuiſit, deinde de qua Philoſophi differerent indicauit, quod hic non ſeruauit, primo enim definiuit accidens, deinde diuiſit. *Dub.* Soluitur, *Sol.* quoniam Por. arbitratur nullam accidentis ſignificationem eſſe de qua non agerent Philoſophi, ſiue enim ſit accidens proprium, ſiue commune, ſiue per ſe, ſiue per accidens, ſiue ſeparabile, ſiue inſeparabile, de omni enim accidente ſermo eſt apud Philoſophos, quod in alijs non eſt verum; ideo alia prædicabilia primo diuiſit, quoniam ſunt plures eorum ſignificationes de quibus apud Philoſophos nullus ſermo eſt. Exponunt ergo nonnulli verba *Aliorũ expoſit.* Por. hoc modo, accidens eſt, quod adeſt, ideſt affirmatur; & abeſt, ideſt negatur, dicentes, quod eſt quodam prædicatum, quod de ſubiecto ita affirmari, vel negari poteſt, quod ſubiectum nec propter affirmationem illius prædicati, nec propter negationem illius prædicati. i. accidentis, vllo pacto corrumpitur, nec deſtruitur, v.g. ſi tu dices, ſortes eſt albus, ſortes non eſt albus, non propter hoc quia accidens modo affirmatur de ſorte, & modo negatur à ſorte, ſortes corrumpitur, ſed ſemper eſt ſortes ſaluus. Hæc expoſitio à nobis non refutatur, poſſet enim reduci ad bonum ſenſum. Alij tamen dicunt, quòd accidens eſt duplex, *Alia expoſit.* aliud ſeparabile, vt dormire, aliud inſeparabile, vt albedo in cigno, tunc dicunt, iſtam deſcriptionem non competere omnibus accidentibus, ſed ſolum accidentibus ſeparabilibus, vt ſedere poteſt ſeparari à ſorte, ſine ſortis corruptione, ſed non competit accidentibus inſeparabilibus, quoniam accidens inſeparabile, vt nigredo ab Aethiope non poteſt ſeparari ab illo, ſine ipſius corruptione. Hæc ex- *Cõfut.* poſitio licet in ſe dicat aliquid veritatis, tamẽ non ſapit Por. mentem, quoniam aſſignata accidentis deſcriptione, ſtatim auctor diuiſit accidens in ſeparabile, & in inſeparabile, oſtendens clariſſimè ſuam intentionem eſſe de accidente aſſignatam deſcriptionem competere tam ſeparabili, quàm inſeparabili, & credo ſicut rei veritas eſt, quòd Por. ideo prius non diuiſit accidẽs in ſuas ſignificationes, ſicut fecit in alijs, ſed prius ipſum deſcripſit, deinde diuiſit, oſtendens, quòd data definitio accidẽtis, competit omni accidenti, ſiue ſeparabili,

ſiue

Digitized by Google

ſiue inſeparabili, quod ratione probatur: Illud accidens deſcribitur, quod poſt deſcriptionem diuiditur, ſed diuiditur accidens vt eſt commune ad ſeparabile, & inſeparabile, ergo & illud definitur, & per conſequens illa definitio accidẽti ſeparabili, & inſeparabili competit, maior eſt manifeſta, quoniam ſtatim aſſignata deſcriptione accidentis, diuiſionem affert eiuſdem. Alij dicunt hic deſcribi accidens, vt eſt commune, ad ſeparabile, & inſeparabile, tamen verificatur de ſeparabili ſecundum actum, & potentiam: nam accidens ſeparabile eſt quod adeſt, & abeſt, vel poteſt adeſſe, vel abeſſe præter ſubiecti corruptionem. De inſeparabili verò ſecundum aptitudinem, ita quòd accidens inſeparabile, eſt aptum natum adeſſe, & abeſſe: Hæc quidem expoſitio, & ſi in totum non ſit vera, tamen nobis non diſplicet. Dicant ergo quicquid velint expoſitores, mihi videtur, quòd mens auctoris ſit adeò clara, quæ non indiget expoſitione. ideo dicamus cum eodem Porph. & cum Ar. 1.top. cap. de accidente, iſtam deſcriptionem competere omnibus accidentibus, ſiue ſeparabilibus, ſiue inſeparabilibus, & verba ſunt intelligenda ſicut iacent, ſine additione, atque aliqua limitatione, ſic exponentes: Accidens eſt id, quod adeſt ſubiecto, ideſt modo aduenit ſubiecto, & abeſt à ſubiecto, ideſt modò recedit à ſubiecto, præter illius ſubiecti cui adeſt, & à quo abeſt corruptionem, interitum, atque mortem, quod accidens, ſcilicet quod adeſt, & abeſt, præter ſubiecti corruptionem, ait Porph. quòd diuiditur in duo, eſt duplex, aliud enim ſeparabile eſt, vt dormire, ſedere. Aliud inſeparabile, vt nigrum, quod inſeparabiliter ineſt coruo, & Aethiopi. Sed aliquis dicet contra Porph. quòd accidens inſeparabile non poteſt adeſſe, & abeſſe à ſubiecto, præter ſubiecti corruptionem, & per conſequens aſſignata definitio non competit niſi accidentibus ſeparabilibus, & probatur, quoniam nigredo ab Aethiope, & coruo non poſſunt abeſſe, ſine Aethiopis, & corui corruptione. Reſpondet Por. in tex. & dicit, quòd poteſt intelligi coruus albus, & Aethiops albus, ideſt nigredo à coruo, licet actu non poſſit ſeparari à coruo ſine corui corruptione, tamẽ poteſt intelligi, ideſt poteſt intellectu, & imaginatione, cogitatione, animo, & definitione ſeparari, verbi gratia Aethiops, qui in actu eſt niger, iam verum eſt, quòd nigredo actu non poteſt ſeparari ab illo ſine ipſius corruptione, nam ſi ſepararetur nigredo actu, oporteret quòd ſepararetur pellis, aliter nigredo ſeparari actu non poſſet, ſi ſepararetur pellis, tunc pauperculus Aethiops moriretur, & ſic nigredo in actu non poteſt ſeparari ab Aethiope, ſed intellectus habet hoc priuilegium ſeparare nigredinem à coruo, abſque quòd coruus corrumpatur, immo non ſolum intellectus poteſt ſeparare hæc, ſed etiã omnia quæ ſunt ſimul adunata, vt formam à materia, & materiam à forma, & formam à compoſito ex materia, & forma, teſte Au. 12. met. 39. quæ non poteſt natura. Et nota ex Ammon. quòd non placet, quòd quamuis accidẽtia inſeparabilia poſſint ſeparari à ſubiectis cogitatione, tamen animal quod eſt ſubſtantia hominis, & differentiæ maximè propriè, vt rationale, non poſſunt neque actu, neque cogitatione ſeparari ab homine, quoniam niſi vnà hominem, & animal cognouerimus, hominem ipſum corrumpemus, coruum verò, & Aethiopem nigros non eſſe cogitantes, ne quicquam ab eorum ſubſtantia, veluti corui, vel Aethiopis detrahemus, auferat quiſpiam, euellatque à coruo plumas, nihilominus coruus eſt, Aethiopem etiam ſi cogitaueris album eſſe, homo etiam non minus erit, ex quo oritur talis ratio: Illa ſolum cum abſunt, poſſunt corrumpere ſubiectum, quæ efficiunt, atque conformant, quæ ſunt ſubſtantialia, quæ verò non efficiunt ſubſtantiam, accidentia ea cum adſunt, vel abſunt nec informant ſubſtantiam, nec corrumpunt, ergo accidẽs quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem. Amplius, id adeſt, & abeſt à ſubiecto, vel actu, vel aptitudine, quo remoto, & perempto, ſubiectum non remouetur, neque perimit: ſed remoto accidente, ſubiectum non perimit, nec remouetur ab eſſe ſubiecti, ergo accidẽs adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem. Sed dices, ſi accidens eſt illud quod aduenit ſubiecto, ideſt corpori, & recedit à corpore, vellem ſcire, ipſum accidens eſt ne corpus? Dicas, accidentia non eſſe corpora, ſed eſſe in corporibus, & probatur ſic. Illa enim ſunt corpora, quæ corporibus adiuncta augent, & ablata minuunt, ſed accidentia addita corporibus, non augent illa, nec amota, minuunt illa, ergo accidentia non ſunt corpora. Amplius, vnus locus eſt capax vnius locati, & plures plurium, modo ſi accidentia eſſent corpora, tunc vnus locus eſſet capax multorum corporum, quod fieri non poteſt, nam in pomo eſt dulcedo, color, & odor; ſimiliter in vino eſt color, ſapor, odor, quæ omnia ſunt accidentia, quæ ſi eſſent corpora, nunquam haberent vnum locum, quoniam vnum corpus penetraret reliquum, quod eſt impoſſibile. Amplius Dices, quare Porph. dedit exempla de coruo, & Aethiope? Reſpondet Ammonius, & dicit, non præter rationem, quoniam multa nigra ſunt, quæ dealbantur, pro firmo habens Ammonius, quòd coruus non dealbatur: hoc mihi non placet, habita tamen licentia tanti viri, quoniam ſi licet contra Græcos ducere Auerroem, dicit enim Auer. 1. poſt. 95. non eſt impoſſibile aliquẽ coruum eſſe album,

Aliorũ expoſit. *Propria expoſit.* *Dub.* *Sol.* *Dub.* *Sol.* *Dub.* *Sol.* *Cõfut.*

Digitized by Google

& ſi aliquis negaret Auer. duco Ar. 5.de gen. anim.cap.6. vbi inquit, iam enim perdix viſa eſt alba, & coruus, & paſſer, & vrſa: Ecce, quòd non fuit mens Porphy. dare exempla in his ratione qua hęc non dealbantur, quoniam licet Aethiops non dealbetur, tamen coruus dealbatur, vt probatum eſt. *Defendit Ammon.* Sed dicimus, quòd bene dicit Ammonius, nam ſi coruus viſus eſt albus, tamen hoc eſt raro, vt ibidem dicit Ar.

Dub. Sed aliqui contra aſſignatam de accidente deſcriptionem arguunt, & dicunt, quòd febris eſt accidens, & tamen non abeſt à ſubiecto, niſi illud corrumpat, ergo deſcriptio nulla.

Alia Dub. Amplius, frigus immoderatum, atque ſiccitas, & humiditas, quæ omnia cum adueniunt animali, ſubiecto non abſunt, ab illo quouſque corrumpant illud, quæ omnia ſunt accidentia, ergo nõ valet dicere, accidens eſt quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem.

Sol. Soluit Ammonius, & vtitur duplici ſolutione, & quoniam ſecunda eſt melior prima, ideo ſecundam afferrimus, dicentes, breuiter tamen, quod febris eſt duplex, alia quæ corrumpit, mortificat ſubiectum, & hæc non dicitur accidens, quoniam non abeſt à ſubiecto quouſque corrumpat ipſum, ſed dicitur ſubſtantiæ mutatio, quæ dicitur mors, ſeu interitus, & corruptio. Alia verò eſt febris, quæ non corrumpit, ſed alterat ipſum animal, & hæc dicitur alteratio, & accidens, quod poteſt adeſſe animali, & abeſſe ab animali, citra mortem, & animalis corruptionem, dico animali, non corpori, quoniam corpus ſimpliciter, & vniuerſaliter non eſt ſubiectum febri, ſed animalis ſubiectum ſolùm, vt benè Ammonius, quoniam planta eſt corpus, tamen non eſt ſubiectum febris, ſimiliter dico de immoderato frigore, humido, & ſicco, ſicut dixi de febre, teſte Ammonio.

Dub. Amplius, tinea, & caluitium ſunt accidentia, & tamen non abſunt à ſubiecto, præter illius corruptionem, quoniam tinea, & caluitium corrumpunt crines, quę ſunt caluitij ſubiectum.

Sol. Dicas, quòd crines, ſeu capilli, non ſunt ſubiectum caluitij, ſed caput, quod non corrumpitur, & ſic caluitium erit accidens capitis, quod non offenditur, nec corrumpitur ad præſentiam, & ad ipſius caluitij abſentiam, licet minima læſione à tinea lædatur, reſtat ergo, quòd caluitium, & tinea, quia adſunt, & abſunt à capite præter capitis corruptionem, quòd ſunt accidentia capitis, & non capillorum, ſeu crinium.

Dub. Amplius dubitatur: Illa dicitur optima definitio, quæ non competit alteri, præter definitum, ſed definitio tradita de accidente, competit formæ ſubſtantiali, quæ eſt altera ab accidente, quoniam eſt ſubſtantia 2.de anima 2. ergo mala definitio, minor probatur, forma enim prima adeſt, & abeſt à materia prima, quę eſt ſubiectum formæ 2.de anima 4.

Sol. Dicas, quòd quando ait Porphyrius, accidens eſt illud quod adeſt, & abeſt à ſubiecto, intelligit ſic, ſcilicet quod adeſt ſubiecto exiſtenti in actu, non autem exiſtenti in potentia, modo materia prima licet ſit ſubiectum formæ, tamen non eſt ſubiectum in actu, ſed potentia: Vnde ſcias, quòd ſubiectum accidentis eſt in actu, vt ſortes, & ſubiectum formæ eſt in potentia 2. de anima 4. Auerr.

Replica Sed acutus ſtudens dicet contra, probans materiam primam eſſe ſubiectum in actu exiſtens, & per conſequens formam eſſe accidens, ſic ſubſtantia prima eſt in actu exiſtens, vt ſortes, ſed materia prima eſt ſubſtantia prima, ergo materia prima eſt ſubiectum in actu exiſtens, ſed forma, vt dictum, adeſt, & abeſt à materia prima, præter eius corrup. ergo forma erit accidens.

Nota. Nota candide lector hoc argumentum pro actu entitatiuo materiæ primæ, minor probatur, quòd materia prima ſit ſubſtantia prima, hoc pacto Ar. in c. de ſub. definiens ſubſtantiam primam, ait ſic, ſubſtantia prima eſt quæ nec in ſubiecto eſt, nec de ſubiecto prędicatur, ſed materia prima nec eſt in ſubiecto, nec de ſubiecto prædicatur, 3.phy.65. Au. ergo materia prima eſt ſubſtantia prima, ſed (vt dictum) ſubſtantia prima eſt in actu, ergo nulli dubium erit, quòd materia prima erit in actu, ſi ergo materia prima eſt ſubiectum in actu exiſtens, ſolutio aſſignata ſupra eſt falſa, & forma erit accidens, quod eſt falſum.

Sol. Soluitur hoc argumentum negando formam argumentandi, quoniam nunquam viſum eſt in ſecunda figura, in qua eſt fundatum hoc argumentum, vt inſpicienti patet, quòd liceat argumentari ex ambabus affirmatiuis, cum nullus ſit in ea modus conſtans ex ambabus affirmatiuis, ſed omnes conſtant ex vna affirmatiua; ex alia negatiua, & ſic ex mala argumentandi forma, argumentum probans; quòd materia prima ſit ſubiectum in actu exiſtens, non concludit contra ſolutionem.

Replica Sed dices contra, nam ſentẽtia eſt Au.4.phy.42.33.& 2.phy.23. & 2. cœli 23. ꝙ licet in ſecunda figura arguere ex ambabus affirmatiuis, ergo non debet negari forma argumentandi, ſed potius concludit quoniam eſt fundata in regulis Auerr.

Sol. Soluitur hæc replica ab Auer. ibidem, vbi dicit, ꝙ tunc licet arguere in ſecunda figura, quando termini ſunt conuertibiles, & conuerſio eſt per ſe manifeſta, modò in argumẽto facto termini non ſunt conuertibiles, qm̃ licet valeat dicere ſubſtantia prima nõ eſt in ſubiecto, nec prædicatur de ſubiecto, tamen non valet econtra, quoniam materia prima nõ eſt in ſubiecto, nec prædicatur de ſubiecto, 1.phy. 52. & 3. phy.65. & tamen materia prima non eſt ſubſtantia prima. Sed vt ſoluatur argumentum; dicamus ſic, quòd ſubſtantia prima eſt illa, quæ nec eſt in ſubiecto, nec prædicatur

dicatur

Digitized by Google

dicatur de ſubiecto, tamen eſt per ſe exiſtens, modo ſi materia prima nõ eſt in ſubiecto, nec prædicatur de ſubiecto, tamen non eſt per ſe exiſtens, & ſic materia prima non eſt ſubſtantia prima, & per conſequens non eſt ſubiectum in actu. Sed Dices cõtra, nam in promptu eſt ſententia Ari. 7. met. 8. vbi ait, ꝙ materia prima eſt per ſe exiſtens, vnde fiat ratio talis, concludens quidem ſic, ſubſtantia prima nec eſt in ſubiecto, nec prædicatur de ſubiecto, & eſt per ſe exiſtens, ſed materia prima nec eſt in ſubiecto, nec prædicatur de ſubiecto, & eſt per ſe exiſtens, ergo materia prima eſt ſubſtantia prima, ſed ſubſtantia prima eſt ſubiectũ actu exiſtens, ergo materia prima erit ſubiectum actu exiſtens, ergo ſolutio eſt nulla; conceſſo tamẽ modo argumentandi: Soluitur, ꝙ quando dicit Ari. 7. met. 8. vt ipſemet ſe exponit, ꝙ materia prima eſt per ſe exiſtens in potentia, non in actu, modo ſubſtantia prima eſt per ſe exiſtens in actu, & ſic differt ſubſtantia prima à materia prima: reſtat ergo, quòd ſubiectum accidentis eſt ens in actu, & ſubiectum formæ eſt ens in potentia veluti eſt materia prima, & cum forma adeſt, & abeſt à materia prima, non per hoc forma erit accidens, & remanet firma Por. concluſio, & vera. ſ. quòd accidens eſt id quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti exiſtentis in actu corruptionem. Amplius Dubitatur contra deſcriptionem accidentis, mors enim, & corruptio ſunt accidentia, tamen non adſunt, & abſunt præter ſubiecti corruptionẽ: relictis aliorum ambagibus, in hoc eſt dicendum, quòd aſſerunt omnes Peripatetici expoſitores, quòd mors, & corruptio non ſunt, nec dicuntur accidentia reſpectu illius, quòd moritur, & corrumpitur, quòd eſt ipſum animal, ſed dicuntur effectus, qui proueniunt ex materia prima, quæ eſt ſubiectum, & cauſa iſtorum, teſte Ari. 2. phy. 23. vbi ait, quòd vltimum proueniens ex neceſſitate materiæ eſt mors, & ꝙ hæc ſolutio ſit vera, patet quoniam corpora cœleſtia ideo non ſunt mortalia, & corruptibilia, quoniam non habent hanc materiam primam, & ideo omnia, quę habent materiam primam ſunt corrup. vnde dicebat Ari. 1. phy. 79. nihil aliud eſt cauſa corruptionis, quàm prima materia, propter non eſſe, quod mixtum eſt in ſubſtantia eius, ex quibus ſequitur corruptionem, & mortem non eſſe accidentia, reſpectu eorum, quæ corrumpuntur, & moriuntur: ſed de his plura dicerem, ſed quoniam potius phyſici eſt, quàm logici, de talibus perſcrutari ideo in illud tempus differatur. Primo Dubitatur, ait enim Por. nigredinem à coruo non actu, & realiter, ſed animo, intentione, ratione, imaginatione, mente, definitione, atque intellectu ſeparari poſſe non eſt difficile, iuxta dictum Ar. 2. phy. 18. abſtrahentium non eſt mendacium, contra hoc arguitur ſic, quando res conſideratur aliter quàm eſt, tunc illa conſideratio eſt falſa, teſte Ari. 2. poſt. 94. & in quæſt. 4. poſt. quoniam res debet ſciri, & conſiderari ſicut eſt, 2. met. 4. Ar. ſed intellectus cõſiderat rem alio modo quo eſt, quoniam conſiderat coruum, qui eſt niger actu, ſine nigredine, ergo illa conſideratio eſt falſa. Dicas, ꝙ licet intellectus conſideret rem alio modo quo eſt, non per hoc conſideratio illa erit falſa, vt ait Ari. 2. phy. 18. nam intellectus eſt aptus natus diuidere adunata in eſſe, in ea ex quibus componuntur, quamuis non diuidantur in eſſe, ſicut diuidit materiam à forma 1. phy. 65. & formam à compoſito, 1. met. 39. ſi ergo intellectus diuidit formã à materia, & formam à compoſito, quæ faciunt maiorem, & eſſentialiorem vnionem, quàm accidens cum ſubiecto, quanto magis poteſt conſiderare accidẽs abſque ſubiecto? imò tunc intellectus conſiderat verè, quando conſiderat formam abſque materia, & accidens abſque ſubiecto. vnde dicimus, quòd licet intellectus conſideret coruum, qui extra mentem actu eſt niger, ſine nigredine, tamen illa conſideratio non eſt falſa, immo erit vera, & quanto magis intellectus conſiderat formas ſine materia, & accidentia ſine ſubiectis, vt nigredinem abſque coruo, Aethiope, & æbano, & albedinem abſque lacte, canfora, & niue, tanto magis illa conſideratio erit vera, ex Ar. decreto 2. phy. 18. abſtrahentium non eſt mendacium. Vel aliter dici poteſt, quòd aliud eſt dicere conſiderare rem aliter quàm eſt, & aliud eſt dicere, conſiderare rem eſſe, aliter quàm eſt, nam conſiderare rem, aliter quàm eſt, non eſt conſideratio falſa, ſed tunc eſt conſideratio falſa, quando conſiderantur res eſſe, aliter quàm ſunt, tunc dico, ꝙ intellectus non conſiderat rem eſſe, aliter quã eſt, quia tunc illa conſideratio eſſet falſa, ſed intellectus conſiderat rem aliter quam eſt, & ſic illa conſideratio erit vera, & non falſa: relinquitur ergo, quòd id quod non poteſt natura niſi cum falſitate, poteſt intellectus cum veritate.

Replica · *Sol.* · *Dub.* · *Confir.* · *Dub.* · *Sol.* · *Alia ſol.*

Definiunt autem ſic quoque. Accidens eſt quod contingit eidem ineſſe, & non ineſſe. Et quod neque genus eſt, neque differentia, neque ſpecies, neque proprium, ſemper autem eſt in ſubiecto ſubſiſtens. Tex. 42

Cum Porph. de accidente vnam aſſignauit definitionem, & ipſum diuiſit, & dubium circa illam definitionem contingens, ſoluit, nunc intendit duas alias de accidente tradere deſcriptiones, cauſa huius intentionis eſt, quoniam alloquitur tyrones, quibus, data de accidente definitio videbatur difficilis, ideo aſſignat alias multo prima faciliores, ne propter difficultatem deſperent ſe ab arte.

Digitized by Google

Diuiditur iſte tex. ob maiorem intelligentiam in duas partes, in prima affert poſt primam ſecundam accidentis deſcriptionem: in ſecunda ibi (Et quod neque genus) affert ſecundam, quæ eſt tertia in ordine accidentis definitionem. quoad primum ait Por. quòd Antiqui Peripatetici definiunt, deſcribunt, notificant, ſeu explicant hoc nomen. ſ. accidens ſic quoque. i. præter aſſignatam definitionem, dicentes, ꝙ accidens eſt id, quod contingit eidem. ſ. ſubiecto ineſſe. i. actu eſſe in illo, & non ineſſe. i. actu non eſſe in ſubiecto, vel aptitudine, v.g. calor actu ineſt corpori, contingit. i. poſſibile eſt vt ille calor actu abſit, diſcedat à corpore, & hoc eſt accidens ſeparabile, ſed accidens inſeparabile actu adeſt ſubiecto, vt albedo niui, & nigredo Aethiopi, ſed non actu, ſed aptitudine, ſeu intellectu contigit non ineſſe, ideſt abeſſe à ſubiecto, & ſic hæc definitio competit accidenti ſeparabili, & inſeparabili, veluti prima, & nota, quòd dicit tex. (contigit) non ſine maxima cauſa, quoniam accidẽs eſt duplex, quodam proprium, vt riſibile, quodam commune, vt dormire: accidens enim proprium habet cauſam eſſentialem, non contingentem, non mutabilem, ideo accidens proprium ſemper ineſt ſubiecto, & non modo ineſt, & modo non ineſt, ſemper enim homo eſt riſibilis non modo ſic, modo non, accidens verò commune habet cauſam contingentem, & mutabilem, per quam modò ineſt ſubiecto, & modò non ineſt, veluti eſt frigus, & calor, modò ſunt in corpore animalis, & modò nõ ſunt, ideo merito fuit

Dub. appoſita illa particula (contingit) Sed notatu dignum, quando dicitur quod accidens eidem ſubiecto ineſt, & non ineſt, vt calor modò ineſt manui, & modò non ineſt; vellem ſcire, ſi manus mea nunc eſt calida, & nunc erit frigida, deinde de frigida iterum accedit calor, & fit calida, iſte calor qui iterum accedit, & ineſt manui, eſt ne illemet calor numero, qui erat

Sol. prius, antequam manus fieret frigida? Dicas ſicut dicit Ar. 2. de gen. & cor. tex. vltimo, vbi inquit, quòd ſi vnum numero corrumpitur, impoſſibile eſt idem numero reuerti, vt ſi callias corrumpitur, non iterum reuertitur idem numero, ſed reuertitur idem ſpecie, ſic à ſimili eſt dicendum, quòd ille calor qui primo fuit in manu, fuit diſſolutus, ille verò qui reuertitur, nõ eſt illemet numero, ſed eſt illemet in ſpecie, v.g. nunc, quod eſt hyems manus accedens ad ignem calefit, deinde recedat ab igne, ille calor diſcedit, deinde iterum accedat ad ignem, iterum calida fit, tamen iſte calor nõ eſt idem numero cum primo, quoniam differt ab illo penes hic, & nunc, ſed eſt idem ſpecie cum illo, v. g. do aliud exemplum, pro tironibus hodie lucratus ſum decem aureos, & miſi illos ad fratrem in inſula Capræ, iam abſunt ab archa mea, cras verò lucratus ſum alios decem, & illi ſunt in archa, illi enim qui ſunt in archa, nõ ſunt illimet numero, quos miſi ad fratrem, ſed ſunt illimet in ſpecie. Sed Dices, quare accidens definitur per ineſſe, & non per eſſe? *Dub.*

Dicas, quoniam accidens eſt adeò ens imperfectum *Sol.* quod per ſe exiſtere non poteſt, & intantum eſt, inquantum ineſt adhæret ipſi ſubſtantiæ, quæ ſubſtantia dicitur verè ens per ſe exiſtens 7.met.2.3.& 4.& intantum ſunt accidentia, inquantum ſunt ſubſtantiæ, vnde dicebat Ar. in c. de ſub. quòd corruptis primis ſubſtantijs impoſſibile eſt aliquid aliorum remanere, & hinc ſumas, quòd accidentia non habent exiſtentiam per ſe, & perfectam, ideo non habent definitionem perfectam, ſed ſi habent definitionem, illa definitio eſt ſecundum quid 7.met.14. imo qui dicit accidentia habere definitionem, dicit ea habere magis, quàm habent 7.met.15. vnde dicimus, quòd accidentia quoniam ſunt entia ſecũdum quid, & quodam modo habent definitiones ſecundũ quid, & quodammodo quoniam non habent definitiones ſubſtantiæ 7.met.19. ſed in genere ſuo ſunt definitiones vere per additamentũ dictę. Deinde Por. aſſignat aliam definitionem, dicens quòd antiqui Peripatetici definiẽtes accidens alio & tertio modo, dicunt, quòd accidens neque genus eſt, neque differentia, neque ſpecies, neque proprium, ſemper autem in ſubiecto ſubſiſtens. vbi per negationem omnium prędicabilium declarat ipſum accidens, ſicut Ar. per negationem eorum quæ ſunt in actu declarat materiam primam. 7. met.8. dicens, materia neque eſt quid, nec qualis, nec quanta in actu, ſed eſt potentia omnia. Sed ſtudioſe lector nota huius definitionis artificiũ, nam vt videre potes datur per negationem, & per affirmationem, quãdo dicit, accidens neque eſt genus, neque differẽtia, neque ſpecies, neque proprium, iam hæc eſt negatio quando dicit, ſemper autem eſt in ſubiecto ſubſiſtens eſt affirmatio, & nõ ſine ratione quidem, quoniam ſi dixiſſent, accidens ſemper eſt in ſubiecto ſubſiſtens per hanc affirmationem non differt accidens commune quod hic definitur ab accidente proprio, quoniam accidens proprium ſemper eſt in ſubiecto ſubſiſtẽs, ſed licet accidens proprium ſemper ſubſiſtat in ſubiecto, tamen differt ab accidente communi, quoniam proprium ſemper continuo eſſentialiter eſt in ſubiecto, ſed accidens commune ſemper continue ſucceſſiue accidentaliter loquendo de ſeparabilibus eſt in ſubiecto, ſed loquendo de inſeparabilibus cõtinuo ſemper, & accidentaliter ſunt in ſubiecto, vbi nota, ꝙ accidens impoſſibile eſt eſſe ſine ſubiecto, quoniam ſemper eſt in ſubiecto, teſte Ar. in antepręḋicamẽtis c.2. Sed dices contra, nam odor de pomo *Dub.* tranſit in manum, ergo accidens eſt ſine pomo, & ſine ſubiecto, ergo accidens non ſemper eſt

in

Digitized by Google

Sol. in ſubiecto. Dicas, quòd accidens poſſibile eſt vt ſit ſine ſubiecto in quo erat.i. ſine pomo, ſed non eſt poſſibile vt accidẽs ſit ſine ſubiecto in quo eſt.i.ſine manu, vel ſine aliquo alio ſubie- *Dub.* cto in quo eſt. Iterum DICES, ꝙ hęc definitio eſt vaga, & vitioſa, quoniam ſimiliter per priuationem, & negationem aliorum poſſet definiri genus, & quodlibet aliud, dicens, genus neque ſpecies, neque differentia, neq; proprium, neque accidens, & per conſequens quæritur à Por. quare non definiuntur alia per negationẽ omnium, ſicut per negationem omnium defi- *Sol.* niuit accidens? Dicas, ꝙ non definiuit genus per negationem omnium aliorum, quoniam voces, quæ ſequebantur non erant cognitæ, quoniã definitio debet dari per notiora, ideo non definiuit genus, dicens, quòd neque eſt ſpecies, neque differentia, neque proprium, neq; accidens, nunc verò omnibus vocibus edoctis .ſ. genere, & alijs merito ſic accidens definiuit tanquam per voces notificatas, & edoctas: vbi nota, ꝙ per hanc definitionem non ſolum excludit quatuor prædicabilia, ſed etiam hircoceruum, & plura alia, quando dixit, ſemper eſt in ſubiecto ſubſiſtens, quoniam hircoceruus non ſubſiſtit, vnde dicas accidens neque eſt genus, neque ſpecies, neque differentia, neque proprium, neque hircoceruus, & alia quæ non exiſtunt, ſed ſemper eſt in ſubiecto ſubſiſtens.

Dub. Sed DICES, quę iſtarũ definitionum eſt melior? *Sol.* Soluit Ar. 1. top. c. de accidente, vbi eaſdem de accidente tradit definitiones, & dicit, ꝙ iſtarum duarum definitionum prima eſt melior, quæ eſt accidens contingit eidem ineſſe, & nõ ineſſe, quoniam quando dicitur, accidens neq; eſt genus, neque ſpecies, &c. ſi debet quis intelligere ipſam, debet præſcire quid eſt genus, quid ſpecies, quid proprium, ſic hæc erit me- *Dub.* lior, & facilior, ſicut dictum eſt. Sed iterũ DUB. quare accidens commune, ꝙ eſt ens ſecundum quid imperfectum, immo vile, & ignobile, & Deus glorioſus ens nobiliſſimum, pretioſiſſimum, perfectiſſimumq; ęquali definitione definitur data per negationem? volentes enim Deum Opt. Max. ſignificare non quidquam de eo, vt Diuinus inquit Plato, affirmamus, ſed ad negationes venimus. Interrogante enim Timeum Socrate quid Deus eſſet, quid non ſit noui quidem, inquit ille, quid verò ſit haud noui, nam nec corpus, nec colorem, nec Angelum, nec eius quidpiam generis, ſed his præſtantiorem eſſe intelligo, quid autem ſit nõ intelligo. *Sol.* Dicas, ꝙ res quæ negatione definiuntur, quædam ſunt perfectæ, nobiles, atque excellentes, quædam verò ignobiles, viles, & imperfectæ, tunc dicimus, ꝙ definitiones datæ per negationes de rebus nobilibus, excellentibus, atq; perfectis maiorem afferunt illis dignitatem, veluti Ar. volens nobis oſtendere, ꝙ ſubſtantia prima eſt melior omnibus ſubſtantijs ſecundis, ipſam definiuit per negationes, dicens ſubſtantia neque de ſubiecto dicitur, neque in ſubiecto eſt, definitiones verò aſſignatæ de rebus ignobilibus, & imperfectis maiorem addunt illis vilitatem, imperfectionem, remouendo illas à rebus perfectis, & nobilibus, iſlaſque ſeparando ab illis, & magis oſtendunt illarum imperfectionem, veluti AR. oſtendens imperfectionem defectum, & vilitatem materiæ primæ voluit ſeparare, & remouere ipſam ab actu per negationem ipſam definiuit, dicens ſic, materia prima neque eſt quid in actu, nec quali;, nec quanta, ſed in potentia eſt omnia 7. met. 8. ſic à pari cum accidens commune ſit omnibus alijs quatuor vocibus ignobilius voluit ipſum per omnium negationem definire, quoniam aliæ voces ſunt ſubſtantiæ, vt genus, ſpecies, differentia, & proprium, licet non ſit ſubſtantia, tamen quia eſt vicinum, & propinquum ipſi differentiæ, quæ eſt ſubſtantia 7. met. 43. & accidens commune eſt quid ignobile imperfectum, & vile negatum, & differens ab alijs, ideo fuit negatione definitum, vnde dicimus, quòd licet Deus glorioſus, & ſubſtantia prima diffiniantur per negationes, quæ ſunt deteriores ipſis affirmationibus, tamen iſtæ definitiones ſic datæ de iſtis addunt, & afferunt, ideſt dicunt, nobilitant dignitatem eorum ſeparando illa ab alijs. Sed definitiones datæ de materia prima, & de accidente communi per negationes, illæ negationes funguntur proprio munere, quia ſicut ſunt, ſic faciunt, vituperant, oſtendunt, & indicant indignitatem, & omnem imperfectionem eorum, diuidendo, & ſeparando illa ab illis, quæ ſunt nobilia, & perfecta: vnde licet Deus, qui eſt perfectiſſimus, aſſimiletur materiæ primæ, quæ eſt imperfectiſſima, quoniam definiuntur per negationem, tamen differunt valde, quoniam Deus benedictus eſt præſtantior omnibus entibus, ipſa verò materia prima eſt omnibus deterior à pari, dico de ſubſtantia prima, & de communi accidente, quæ omnia hæc licet negatione definiantur, differunt tamen, quoniam quædam ſunt præſtantiora, vt Deus, & ſubſtantia prima, quædam ſunt deteriora, vt materia prima, & accidens commune, negationes enim in pręſtantioribus oſtendunt eorum dignitatem, in deterioribus indicant eorum vilitatem, & imperfectionem.

Sed dubitatur, Ar. enim 7. top. in 6. loco ait, ꝙ *Dub.* vnius non poſſibile eſt eſſe duas definitiones, tanto minus vnius non poſſunt eſſe tres definitiones, quomodo Por. de accidente tres aſſignauit definitiones? Dicas, quòd vnius ne- *Sol.* que duæ, neque tres definitiones habentes diuerſa ſignificata, ſed vnius poſſunt eſſe duæ, & tres, & plures definitiones, habentes vnum ſignificatum, & ſic ſunt iſtæ de accidente aſſignatæ.

Omnibus

Digitized by Google

Tex.43 *Omnibus igitur determinatis, quæ propoſita ſunt (dico autem genere, ſpecie, differentia, proprio, accidente) dicendum eſt, quæ eis communia ſunt, & quæ propria.*

Poſtquam Por. ſe expediuit in tractatu ab his quæ propoſuerat in prologo huius libri, nunc per ſummam affert ea quæ declarauit, veluti ad demonſtratorem pertinet, iuxta dictum Au. 5. phy. 5. vbi ait, mos eſt dare ſummam in his, quæ declarata ſunt, vt eſt mos in ſermonibus demonſtratiuis: vnde iſte tex. diuiditur in duas partes, in prima facit epilogum omnium dictorum: in ſecunda ibi (dicendum eſt) præponit dicenda. primum ergo continuans ſe ad dicta eorum, veluti epilogum efficit, & ad dicenda ſe introducit, præponendo illa, & dicit, omnibus igitur determinatis in tractatu, ideſt, definitis, & diuiſis, quæ propoſita ſunt in prologo huius libri dico .i. explico illa omnia veluti genere, ſpecie, differentia, proprio, accidente, dicendum eſt, quæ ſunt eis .5. generi, ſpeciei, differentiæ, proprio, & accidenti, communia, & quæ propria .i. in quibus conueniant, & in quibus differunt, & ſic epilogat præterita, & prædicit futura, ſeruans morem Ar. 1. phy. 83. & 1. meteor. 1. 2. de anima 1. & in lib. de ſenſu, & ſenſibili c. 1. qui præterita repetit, & futura prædicit. Expedito igitur primo huius operis tractatu, in quo Por. exacte de quinque vocibus exarauit, in ſequenti intendit de conuenientia, ac differentia quam habent ad inuicẽ iſte quinque voces pertractare. Nos autem, qui hactenus expoſitionem noſtram duximus D.O.M. adiuuante, non intendimus ſequentia perſcrutari, eſt enim tanta in eis facilitas, atq; verborum claritas, quę expoſitione non indigent: vnde iam diuina fauente prouidentia, ad finem huius tractatus peruenimus, qui ſi lectoribus gratus, atq; charus extiterit, nobis quidẽ erit chariſſimus; ſi autem illis gratus non fuerit, non me lacerent quęſo, nec viperea commaculent lingua, ni prius ipſi alia ſuper hoc opus commẽtaria faciant, tunc enim noſtra eorum dictis comparando quiſq; peritus, atq; iuſtus, quæ meliora, quęue peiora fuerint, decretare poterit, dummodo iudex non fuerit peruerſus: horum tamen latratus non curo, à longe enim, & à tergo clamant, non offendentes, quod faciunt liuore, odioq́ue moti, & vt magis rabiem euomant, & rumpantur groſſipedales, & pſeudophiloſophi hinc breui alia in Logica, & in Philoſophia maiora expectent, illo tamen aſpirante, à quo cœlum, & tota natura dependet, quem precor vt noſtrum illuminet ingenium, mentem illuſtret, & opera noſtra ad veritatem dirigat, cui ſemper honor, & gloria.

FINIS.

Jmprimatur. *Hercules Vaccarius Vic. Gen. Neap.*

M. Cherubinus Veronen. Auguſt. Theologus Curia Archiep. Neap. vidit. Reg. fol. 23.

Digitized by Google

Digitized by Google